
CONJECTURAE

DE

ORIGINE, PRIMA SEDE, ET LINGVA

HUNGARORUM.

PARS PRIMA.



BUDAE,

TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS HUNGARICAE.

1806.

Τοῦς μή μανθανοντας ὀρθως ἀκουεῖν ὀνοματῶν, κακῶς Χρηθὰς αἵ τοὶς πραγμασὶ: Qui vocabula non discunt, recte intelligére, ii etiam de rebus ipsis falluntur.

Plutarchus in Iside.

PRAEFATIO.

Nullo certiore signo, litteras in pretio esse edocemur, quam si observemus, multos Eruditorum, antiquitatum studium diligentius excolere, hoc enim studium, ut niteat, præter attentionem summam, & liberum a præjudiciis animum & mentem, quæ non nisi soli vero patere amat, ejusmodi opus habet subsidiis, quæ non nisi alta & longa in pace, societate adulta, & undique secura, Mecænatibus in litteras potius, quam Libidinem prodigis, artibus denique omnibus, jam ultra mediocritatem provectis, obtineri possunt. Musæa, Bibliothecæ, Monetarum, & Manuscriptorum, collectiones, Eruditorum societates, & litteraria commercia,

hoc

hoc studium, alunt, promovent, perficiunt. Quæ subsidia quamvis in Hungaria, partim in cunis agitentur, partim adhuc lucem non viderint, miretur tamen omnis, aequus Litteratorum æstimator, hoc in genere, Herculeo labore, indefessa patientia, examen virorum clarissimorum, qui fere omnibus destituti, improbo labore, fortunarum etiam suarum cum jactura, huic studio, generoso ausu litarunt. Patriæ scilicet amorem, reliquis omnibus amoribus, quos quidem orbis habet, præponendum esse, Hungaro avitum est, constans & perpetuum est. Gentium, Nationum, Populorum multorum, saltim nomina supersunt, quia Patriam in muris & mœnibus locatam putarunt, Gentes illæ, quæ in nationalibus legibus & consuetudinibus, Patriam sitam esse, intellexerunt, fortunæ fluctibus immersabiles, a remotissima antiquitate, originales in hodiernum usque diem referunt Characteres. Pulcrum certe, atque amænum est, si quis contempletur, qua ratione hic erga Patriam affectus, quietos, & litteris deditos in-

flam-

PRAEFATIO.

Nullo certiore signo, litteras in pretio esse edocemur, quam si observemus, multos Eruditorum, antiquitatum studium diligentius excolere, hoc enim studium, ut niteat, præter attentionem summam, & liberum a præjudiciis animum & mentem, quæ non nisi soli vero patere amat, ejusmodi opus habet subsidiis, quæ non nisi alta & longa in pace, societate adulta, & undique secura, Mecænatibus in litteras potius, quam Libidinem prodigis, artibus denique omnibus, jam ultra mediocritatem provectis, obtineri possunt. Musæa, Bibliothecæ, Monetarum, & Manuscriptorum, collectiones, Eruditorum societates, & litteraria commercia,

hoc

hoc studium, alunt, promovent, perficiunt. Quæ subsidia quamvis in Hungaria, partim in cunis agitentur, partim adhuc lucem non viderint, miretur tamen omnis, aequus Litteratorum æstimator, hoc in genere, Herculeo labore, indefessa patientia, examen virorum clarissimorum, qui fere omnibus destituti, improbo labore, fortunarum etiam suarum cum jactura, huic studio, generoso ausu litarunt. Patriæ scilicet amorem, reliquis omnibus amoribus, quos quidem orbis habet, præponendum esse, Hungaro avitum est, constans & perpetuum est. Gentium, Nationum, Populorum multorum, saltim nomina supersunt, quia Patriam in muris & mœnibus locatam putarunt, Gentes illæ, quæ in nationalibus legibus & consuetudinibus, Patriam sitam esse, intellexerunt, fortunæ fluctibus immersabiles, a remotissima antiquitate, originales in hodiernum usque diem referunt Characteres. Pulcrum certe, atque amænum est, si quis contempletur, qua ratione hic erga Patriam affectus, quietos, & litteris deditos in-

flam-

flammet cives, quanto cum labore conentur, cum armis, heroicus non exercetur animus, alia ratione, splendori & dignitati suæ Nationis viam patefacere. Quanto vero cum successu, Genius Hungariæ, litteraturam omnem, suis facilem esse indicet, ostendunt, tot Poetæ, Oratores sacri & profani, Phylosophia & Jurisprudentia incliti, Historiæ Domesticæ scriptores & Medici, quorum opera, non saltim cum nostri ævi productis, sed cum illis etiam, quæ nobis veneranda antiquitas, velut perfectionis cujusdam exempla, transmisit, conferri possint. Cum hæc in reliqua litteratura, magna laude moliti sunt, nec antiquitatis studium, neglectum est, erant qui Orientales excolerent Linquas, & qui de Originibus Hungarorum, ut ævum admittebat, subsidiis destitutum, suas publico tradiderunt meditationes. Nobis jam a Mariæ Theresiæ ævo, purior it dies, & melius nitet sol, hac ab Epocha litteris via præparari cœpit, multa postea fatis præreptus Josephus molitus est, ut pace jam

firma

firma, artes florere, & succrescere possent illa subsidia, sine quibus Patriam esse Belius, Kálmár, Osztrogochy, & Pariz-papaj doluerunt, quantumvis vero hæc subsidia, recens nata, tenera adhuc sint, & mollia, quis tamen non miretur Cl. Kovachich quidquid manuscriptorum, sagaci indagine expiscari potest, colligere, in classes distribuere, & sollicita mente conari, ne ulla quæstio supersit, cujus jam olim factam esse solutionem, commonstrare valeat. Quis non laudet Paulum Bereghszászi, & Nicolaum Révaj, Orientalium Linquarum Cultores, & qui Origines Linguæ Hungaricæ, & Gentis ipsius in Oriente quærendas contendunt. Quis non insigni Encomio prosequendos videt, Cl. viros Sajnovits, Pray, & Samuelem Gyarmathy, qui Linquam & Gentem Fennicæ esse originis demonstratum eunt. Studium itaque antiquitatum colitur diligenter, & hoc ex certissimo signo convincimur, Litteras nunc in Hungaria, multis ante sibi ignotis subsidiis, jam non destitutas esse. Hoc providendum

est,

est, ne tam difficiles ad usum publici directæ lucubrationes, sua fraudentur, & laude & incitamentis. Quod si magnitudo animi nulla alia e radice tam feliciter vegetat, quam cum Amori Patriæ inserta est, studium antiquitatum ostendit, quid majores nationis hujus affectus causa susceperint, quem cum affectum, conservatorem Nationum, admiramur & veneramur, laudemus oportet, qui sparsa colligunt, & e collectis ostendunt, qua ab Origine & quibus vicissitudinibus acti, tamen tam felices esse potuerint, ut posteritatem, sibi indole & Charactere respondentem, nacti sint. Quod si forte in hoc genere scribendi non omnia adsunt, quæ, cum sui delectatione lectorem, detinere valent, occurrant quamvis multa, quæ multitudini lectorum impervia sunt, sit etiam de linquis sermo, quas hucusque nec audiendo percepimus, Characteres contemplemur, oculis nostris adhuc non visos, hæc & similia stomachum ne commoveant nostrum, concedamus id Artis peritis, & posteritati nostræ, ut nostris

inspe-

inspectis vestigiis, vel iis utatur, vel si meliora novit, negligat. Hæc mihi præmittenda fuerant, ne forte meis conspectis lucubrationibus, lector panico terrore correptus, velut angue viso, fugiat: Orientalem enim Linguam, in Hungaria minus notam, quæ Characteribus, si Russicum Alphabetum excipias, a nostra scribendi methodo, valde diversis exprimitur, Æthiopicam, Ægyptiacam, vel etiam Copticam dictam, in medium colloco, & ostendere meditor, hac cum linqua, præ cæteris Orientalibus, Hungaricam Linquam, maximam habere affinitatem. Quod mihi hæc Linqua antiquissima videatur, & quod & Hebræa & Arabica hac ex penu complurima hauserint, præsente instituto nec evolvi potest, nec debet, illud saltem ab Humanissimo mihi expetendum duco Lectore, qui ut Judex & arbiter hac in causa versari studet, & quem Græcas, Hebræas, & Arabicas Litteras exercuisse, suppono, ut superato tædio, quod Alphabetum incipientibus facessere solet, postea investiget, an non tres

hæ

hæ Linquæ, ab eadem radice natæ sint, Æthiopica videlicet Hebræa, & Arabica, quod cum semel superatum fuerit, ut mecum sentiat, nullus dubito. Parte in prima conjecturarum mearum, optabam, & intercessi, vellent Eruditi, hoc meo in conatu mihi subvenire, triennium abiit, & altum est silentium, solus ad commoda Litterarum natus Cl. Michael Tertina, Prodirector & Professor Academiæ Magno-Varadinensis, quæ sua in Bibliotheca, meis meditationibus convenientia divinavit, & perhumaniter submisit, & pro usu etiam diuturniore habenda concessit, huic viro Cl. & de me optime & singulariter merito, debeo quod viderim Dissertationem, Francisci Paulini, de Latini Sermonis Origine, & cum Orientalibus Linquis connexione, præcipue vero cum antiqua Persica Samscrdanica, hæc quippe dissertatio, & opus quod in Ephemeridibus Göttingensibus 183 Pag. 1833 recensetur, & a Friderico Maurer Berolini impressum dicitur, in quo Linqua etiam in Germanica, voces Orientales esse

fre-

frequentes, ostenditur, instituto meo calcar & alas addiderunt. Hæc in fronte operis dicenda putabam, jam nil restat, quam ut Humanissimum Lectorem orem, ne festinet, scripta quæ circa origines nationum occupantur moram, secessum & attentionem postulant, quod si attentus fuerit Lector Humanissimus, spero futurum, ut advertat, tanta & tam clara momenta credibilitatis, me ad firmandas meas attulisse conjecturas, ut omnino fidem Historicam mereantur. Series ipsa, qua institutum meum procedit, sequentibus in Capitibus continetur.

CAPVT I.

Colchidis situs, & descriptio Geographica, eaque, quæ ex Autorum testimoniis, circa illam Regionem obtinuisse dicuntur.

CAPVT II.

Antiquorum scriptorum cespitationes, & qua de causa tam a vero aliena de Ægypto tradiderint.

CAPVT III.

De Ægyptiorum, perantiqua in scientiis & Artibus laude.

CA-

CAPVT IV.

Ægyptios primas in Græciam duxisse Colonias, Athenæ, Thebæ, Migdonii, & Bebryces coloniis ex ægypto cultivatæ sunt.

CAPVT V.

Instituta Religiosa & Politica & Litteras, cum scribendi ratione, Græci ab æthiopibus acceperunt.

CAPVT VI.

Quod si in Græciam usque Artes ægypti transplantatæ sunt, in Colchide Colonia ægyptiorum principe, hæ Artes etiam in flore fuerunt.

CAPVT VII.

Religio Hungarorum adhuc in Cristianismo sæculo decimo & undecimo, cum ritibus Ægyptiorum consensit.

CA-

CAPVT VIII.

Verba in Græcis Autoribus ab Ægyptiis sumpta; & in illorum operibus occurentia, aliud significant, quam Græci tradiderunt.

CAPVT IX.

Linqua Hungarica sequentibus verbis ægyptiis, tam simplicibus, quam compositis dives est.

CAPVT X.

Hungari Pannoniam subigentes, Ægypti Linqua adhuc familiariter usi sunt, ut ostendunt, verba parte 1ª Conjecturarum & monumentum in Déés.

CAPVT XI.

Nominis Déés e Lingua Ægyptii sumenda est explicatio.

CA-

C A P V T XII.

Tataricæ Linquæ verba in Hungarica Linqua occurrentia, una cum æthiopicis ostendunt, Hungaros Scythas esse, ab æthiopibus in Colchide cultivatos.

C A P V T XIII.

Aliarum Linquarum ramenta in Linqua Hungarica, genita per dura belli, socialia instituta, & commercium cum vicinis esse, similia in omnibus observari Linquis, nec Hebræa vel Arabica, vel Græca, exceptis.

C A-



CAPVT I.

Colchis quæ nostro ævo Mengeliæ nomine utitur, inter Iberiam & Pontum Euxinum sita est, Iberia undique montibus septa, clauditur a septentrione Sarmatia, ab occasu Colchide, a meridie Armenia, ab ortu Albania. Fluviis Phaside & Cygno vel Cyaneo provisa, ex his Phasis fluvius, hodie Fasso dictus, ex Moschicis vel caucasiis montibus, oritur, sæpeque stagnans, tardissimo cursu in Pontum Euxinum influit, juxta eum Tragelaphus animal, dumtaxat nasci fertur, ad eundem etiam fluvium, Phasis est insula parva, ex qua Pavo primum (Fátzán hungaricum, ostendit recte originem) teste Isidoro, exportatus est, qui propterea Phasianus appellatus est. Cygneus fluvius, qui Ptolomæo est Cyaneus, ex montibus Coraxiis, in Phasim influit, circa locum sui decursus in Phasim Cygnum oppidum, olim exstitit. Seriem habuit Montium, variis insignem nominibus, hinc

hinc Caucasus, Cocas (Kakas ob verticem eminentem Scythis dictus) & Cochias, & Korax vocitati sunt eminentiores. Caucasus hodie vulgo Cocas, Mons Asiæ notissimus est, inter mare Caspium, & Pontum Euxinum altissimus, perpetuis nivibus riget, in eo Prometheum vinctum, aquila jecur ejus depascente, fabulantur. Tanta montis altitudo est, ut ad tertiam noctis partem, vertices illius, adhuc radiis solis illustrentur. Ad Coracem vero montem, fluvius decurrit Carax, & Populi quoque nomen a fluvio est; urbs vero præcipua Dioscurios nomen habuit. Phasis urbs hodie Fasso & Phazzeth, ad Phasidis fluvii ostia, inter Absarem, quæ & Absyrtus, extremam Cappadociæ urbem, & Dioscuridem posita, olim sub Archi-Episcopo Trapezuntino fuit, postea metropolis Regionis facta est. Antiquissimis autoribus celebris est, propter navigationem Iasonis, aureumque vellus, antiquis hæc extrema fuit navigationis meta, hinc ortum est Proverbium; Phasin, usque navigat. Dioscurios, quæ vulgo Savat poli (Szabad-város) dicitur post Phasidem, primaria Colchidis urbs fuit, ab Heroibus Castore & Polluce primum condita perhibetur (Δίος Κορίος az Istené az Uradalom, Deus est Dominus) dicta, Isidoro teste, olim trecentarum nationum, quod Plinius tradit, exstitit Domicilium, quæ illuc e diversis Asiæ regionibus commigrarunt, & dissimilibus Linquis

ute-

utebantur, adeo, ut postea a Romanis, per centum triginta interpretes, negotia administrata sint. Medea Patris regnum in sui nominis Tragædia apud Senecam, versu 209. & sequentibus sic describit. Afflicta, quondam nobili fulsi Patre, Avoque, clarum sole (quod sol nullibi ut in Caucaso moras agere videretur) deduxi genus, quodcunque placidis, flexibus Phasis rigat, Pontusque, quidquid Scythicus a tergo videt, palustribus, quæ Maria dulcescunt aquis, armata peltis, quidquid exercet cohors, inclusa ripis vidua Thermodontiis: hoc omne noster, Genitor imperio regit: hoc testimonio clarum est, Scythicam fuisse Colchidem Regionem, quod & Valerius Flaccus testatur Libro 5° versu 326° & Scythiam, qui se comitentur ad urbem sorte petit (nempe Jaso) Cluverius Pag. 377ª de Scytharum Regione sequentia tradit: trans Istrum Mæsis, contermina est Scytharum Gens, omnium toto orbe vastissima, quippe a Mæsia inferiori in Asiam ad Fabim usque promontorium & fretum Anian, longitudine terrarum milliaria Germanica mille amplius occupat, latitudine vero oceano septentrionali ad Caucasum montem fontesque Indi fluminis milliaribus Germanicis circiter sexaginta, & Pag. 374ª Peucestæ & Troglodytæ Scythicæ gentes, infimam quippe inferioris Mæsiæ partem, quæ ad Pontum accedit, Scythæ tenuerunt: quarum pars validissima Getæ, ad utramque Danubii ripam,

hinc in Mæsos, illinc Dacos, transire solebant. Quod si hisce præmissis Ammiani Lib. 22° locum connectamus, cum inquit „Colchos antiquam Ægyptiorum sobolem esse, nam lanificium, adeo, apud eos vulgatum est, ut in peregrina quoque loca exportetur“ postea quæ conjecturarum parte 1ª insinuata sunt, denuo meditemur, sine dubio, clarum videbitur Scythas in Colchide Artibus & Disciplinis Ægyptiorum, institutos fuisse.

CAPVT II.

Partium potissimum studia (ait Cl. Antonius Genuensis Pag. 223ª Artis Logico-Criticæ) Historicos fere omnes corrumpant. Hinc fit, ut Domestici plerumque Historici, suspecti sint. Nam Livius e. g. & Cæsar, res Romanas angustiores fortasse, quam fuerunt, faciunt: exteras enim Res, Carthaginensium, Gallorum, Germanorum, aliarumque nationum, data opera augent, ut Romanæ Gloriæ, serviant: non secus atque Hectorem Homerus, ut Achillis fortitudinem celebret. Est hæc Poëtarum, & Oratorum pervulgata, amplificandi ratio. Græci vero scriptores, qui elato supercilio, cunctas spernebant nationes, in Gentis suæ laudem pro-

pronissimi, & effusissimi fuerunt, atque idcirco, omnes suas Historias suspectas fecerunt. Hinc Græcia mendax, garrula, levis, jure a Latinis dicta, jam quam nos, nostraque, naturali & necessario, amore amemus, & quilibet Historicus, nationi alicui, aut propriæ, aut quam delectu sibi propriam fecit, addictus sit, eam potissimum ob rationem, vix Historicum reperias, qui nec amore, & sine odio scribat, quem veri Historici Characterem ponit Tacitus, sed plerumque talis est rerum status, ut Historicus res sui ævi, scribere sincere nequeat, cogaturque aut Principi, aut Nationi, suæ adulari atque Historiam fædare, & paulo post P 18[a] ex eadem causa profluunt, magna ex parte Fabulæ, quæ de moribus, Litteris, Politia, Religione externarum Nationum narrant Viatores, etenim quem, aut ex *quibusdam externis signis, & ritibus*, aut ex rerum suarum notionibus, de externarum Gentium moribus, institutis, et Religione judicium facerent, viri plerumque imperiti, mendacia infinita, scripserunt. Cl. Richardson in opere, de Linqua, Litteratura & moribus Orientalium inquit: quicunque aut Historiam Orientalem, antiquiorem, aut de moribus, & Mythologia scripserunt, & scriptores Græcos secuti sunt, is novit, qui æqua lance expendit, quem gradum fidei Græci mereantur, & qui præterea Res Orientalium propriis, suis e scriptoribus,

 erucre

eruere studuit. Jam Romani observarunt, Græcos tenuem fidem in Historia mereri, parum enim solliciti fuerunt, ut quæ scriberent, etiam vera essent, hoc solum conati sunt, ut grato sermone lectores inviscarent, neglecta ratione, temporis, locorum, personarum, admirationis & delectationis causa, sine omni fræno, Imaginationi suæ indulgebant, fingebant, ut placerent, res nec auditu, nec traditione acceptas, nova diccre gestiebant, & hæc undique corrasis fuco, & pigmentis eloquentiæ exornabant: sed quid mirum ait Strabo: si de rebus quibus non interfuerunt, fabulosa scripserunt, cum res illas, quarum autoptæ erant, non sine multis erroribus, conscripserint: Capite vero 2° Cl. Richardson, sequentia monet: quod si itaque de eruditione, Linqua, Moribus antiquarum nationum, sermo est, monumenta illius Nationis, de qua sermo instituitur, sollicite inspici debent; & si conflictus oriatur, cum id testatum sit, vanitatem nationalem Græcorum neglexisse, aliorum Populorum *addiscere Linquam* instituta Historiam, assertiones eorum admittendas non esse, si monumentis nationis alicujus contrarium, edoceri potest, cum ut plurimum appareat, nihil eos magis adlaborare, quam ut politam artem præseferant, qua admirationem vel ab invitis extorquere possint. Hoc ut obtineant, nec mendaciis, nec summæ fingendi licentiæ limites ullos constituunt: in-

spectis

spectis Græcorum Voluminibus talia occurrunt nomina Regum Persarum, quæ Persa nulla vi pronuntiare posset, descriptiones talium eventuum, quorum apud Persas nulla est mentio, nec memoria, indoles descripta, quæ Orientalibus Populis nulla ratione convenit. Hæc Cl. virorum observata, vero conformia esse, singulum fere caput mearum Conjecturarum ostendet, clarum fiet, scriptores de Antiquitatibus Ægyptiorum, Linquam Ægyptiorum ediscere neglexerint, hoc ex fonte videbimus, vim verborum scriptoribus Historiarum admixtam, quorum interpretationem, ex arbitrio, & petulca confinxerunt Phantasia, quod si talia ad cotem Linquarum Orientalium applicemus, apparebit, — quam pusillum, miserum, & ridiculum sit, Eloquentia ad — — mendacia exornanda abuti, & quam noxium sit, si — — Humaniores Litteræ in meretricias Artes consvefactæ prætermisso vero, Aurium voluptati plus quam oportet lenocinentur. Traditiones antiquorum de Ægyptiis sequentes sunt.

C A P V T IIII.

Apud Ægyptios, Chaldæos & Phænices, rerum gestarum ab antiquissimis temporibus memoriam conservatam esse, testatur Josephus Libro

bro 1° Contra Appionem „ multam vero providentiam habuere, ut nihil eorum, quæ apud ipsos aguntur, sine memoria relinqueretur; sed in acta publica semper a viris sapientissimis consignaretur " & paulo post: apud Ægyptios & Babilonios, ab antiquissimis olim temporibus Curam, conscribendorum actorum, viguisse, dicit, quia Sacerdotibus apud Ægyptios, & Chaldæis apud Babilonios erat injunctum, ut res gestas, in scripta publica referrent. Phænices vero tum in Commercio cum Græcis, tum ad res publice gestas, memoriæ tradendas, Usum litterarum ab antiquo habuisse, vero consonum videtur. Laudat hæc antiquissima Gentium Archiva Tertullianus in Apologetico. His ex Archivis, quod Hellanicus Herodotus, Diodorus Siculus, de rebus Ægyptiorum in suos Historiarum libros sibi nota transtulerint, Opinio est. Legimus multos de rebus Ægyptiorum, ex instituto scripsisse, Lyncæum Durium, Duridis Historici Fratrem, in Ægyptiacis, citat Athenæus Lib. 8° Cap. 4° Aristagoras quoque nomen sibi peperit, Ægyptiacis suis, quorum non semel meminit Stephanus Ethnicographus, Evagoras etiam Lyndius, condidit Historiam, Regna Ægyptiorum concernentem, teste Suida, dein Lyncæus Naucratita, & Philistus Syracusanus & Asclepiades Ægyptius; qui reliquis celebrior, Historias ex Sacerdotum Libris, descripsisse dicitur, est Manethos, sive

Man-

Mannathon, Sebennyta, Flamen Ægyptius, cujus Scriptoris meminit Eusebius, Præparationum Lib. 2° in præfatione scilicet: omnem Històriam Ægyptiacam, proprieque quæ ad Theologiam, hujus Gentis pertinent, fuse in Græcam transtulit Linquam (quin ut inferius patebit Ægyptiorum Linquam intellexisset) Manethos Ægyptius, cum in sacro Opere, quod scripsit, tum in aliis commentariis. Per sacrum Librum, intelligit Historiam, quam Manethos exorsus, perduxit usque ad tempora, Darii Persarum Regis, quem Alexander devicit. Historiam hanc, in tres divisit partes: Prima in parte descripsit, Deorum & Heroum Dynastias (En! Græcum suis cum notionibus) quæ numero fuerunt Undecim, altera comprehendebat, Dynastias octo: Tertia in parte, Dynastias duodecim. Hanc Manethos eruisse dicitur Historiam, a columnis in Scriadaca terra positis, quibus sacræ, sive Hieroglyphicæ notæ erant insculptæ a Primo Mercurio (1° numerorum explicatio in sequentibus quærenda est) qui Ægyptiis Thoyt [2] appellatus est, ea vero e sacra Dialecto, in Græcam versæ fuerunt, interque Libros in adyta Ægyptia relatæ, ab Agatho-dæmone Secundo Mercurio patre Tat [3] ut ex Eusebii Chronicis discimus. Manethonis exstant fragmenta, apud Josephum Flavium in Libro 1° Contra Appionem. Ptolemæus etiam Mendesius Ægyptiacam, edidit Historiam, de

qua scribit Tatianus Oratione contra gentes Cap. 59° exstant Annales Ægyptiorum, diligenter concinnati, & rerum iis contentarum interpres est, Ptolemæus, non quidem Rex, sed Mendesius Sacerdos. His e fontibus Plutarchus in Libro suo de Iside, traditiones de Ægyptiis nobis transmisisse videtur. De Sapientia Ægyptiorum Cautus hic & prudentissimus Autor sequenti ratione disserit: Reges aut e Sacerdotibus, aut e bellicosis legebantur, cum hæc gens ob virtutem, illa ob sapientiam in honore, & autoritate esset, qui autem e bellicosis creabatur Rex, statim se Sacerdotibus dabat, & Philosophiæ fiebat particeps, *pleraque fabulis occultantes*, ac *sermonibus obscura* veritatis indicia, & argumenta habentibus, quod sane ipsi declarant, ante Templa Sphynges, plerumque collocantes, quo innuunt, suam rerum Doctrinam, constare perplexa, & sub involucris latente sapientia, porro cum plerique existimant, peculiare apud Ægyptios nomen esse Jovis, Amun  quod nos producto vocabulo Ammonem dicimus: Manethos Sebennyta, ea voce occultatum & occultationem judicat significari (En! Manethon nec Ægyptius fuit, nec Linquam Ægyptiorum novit) Hecatæus autem Abderita, hoc verbo invicem uti Ægyptios ait cum alter, alterum vocat, esse enim vocem invocativam, & cum principem Deum eundem cum universo putent, utpote obscurum, & abscon-

scon-

sconditum, vocari ab iis, & Orari Ammun, dicentibus ut prodat se ac conspiciendum præbeat) hac ratione ignota Nationis Linqua fictionibus indulgebant) Thebaidos incolæ, mortalem Deum nullum censent, sed Deum qui Kneph  ipsis dicitur, Ortus exsortem, & immortalem putant: — — — temporis ratio injicit suspicionem, tristia sacra instituta fuisse, ob occultationem fructuum, quos antiqui non Deos, sed dona putaverunt, Deorum, magna, & necessaria, ad feræ & belluinæ vitæ evitationem, ac quo tempore, fructus arborum, omnino defecisse, abolitosque esse, cernebant, alios, ipsi exerentes, parce, & cum penuria, terraque manibus, hausta occultabant, incerta spe fructus capiendi, deponentes, multa agitabant in morem sepelientium, & lugentium. Porro sicuti nos, cum qui Libros Platonis emit, emere Platonem dicimus, & Menandrum agere, qui Poëma Menandri agit, ita illi nomina Deorum liberaliter; donis ac Operibus Deorum tribuerunt, ob utilitatem, ea, honorantes, atque exornantes, sed posteri horum, indocte ista accipientes, imperiteque in ipsos Deos detorquentes, ea, quæ frugibus accidunt, alias exorientibus, alias occultatis, Deorum Ortus, interitusque non vocando dumtaxat, sed etiam sic se habere rem arbitrando, se ipsos absurdis, impiis tumultuosisque Opinionibus, obruerunt: at vero absurditas rei in conspectu

fuit,

fuit, non modo Xenophonti Colophonio, aut qui eum subsecuti, Ægyptios monuerant, aut ne lugerent, eosque Deos censerent, aut pro Diis non haberent, si lugendos crederent, sed & ridiculum ex se est, inter lugendum votis expetere, ut novi sibi nascantur fructus, quos rursum insumendi, ac porro lugendi, habeant materiam: verum res aliter habet, fructuum enim causa lugent, *Deos* ut *Causam* & *præbitores bonorum precantur*, ut sibi loco *pereuntium*, *novos alios* gignant, atque producant fructus, ita rectissime apud Philosophos dicitur: *Qui vocabula non discunt recte intelligere, eos, etiam de rebus ipsis falli.* Quod usuvenit Græcorum iis, qui ærea, picta, aut lapidem, simulacra cum adsvevissent, non Imagines, & Honores Deorum appellare, sed Deos ausi sunt dicere: Minervam a Lachane fuisse exutam, Apollinis cincinnos aureos, Dionisium tondendo abstulisse, Jovem Capitolinum sub Bellum Civile incendio periisse, hæc *illi dicunt, attrahentes & amplectentes pravas Opiniones, quæ nominibus comitantur* — — proinde cum Philosophorum probatissimi conspectam, aliquam occultam, Dei Imaginem, ne in animæ corporisque expertibus, quidem rebus neglexerint, aut contemnendam sumserint, multo (nisi fallor) pluris faciendæ sunt, quæ in sensibilibus, animatisve proprietates, eo pertinent, eorumque affectionibus & moribus:

at

at enim probandi sunt, non qui isthæc, sed qui per hæc, Numen venerantur, istaque recte habentur, pro speculis clarioribus, & a Natura suppeditatis, tanquam instrumenta, & Artificia Dei universa ornantis. Æquum etiam est, hoc intelligi, nihil inanimatum, animato, nihil sensu carens, sentiente, præstantius esse, etiamsi quis universum Aurum, & Smaragdum in unum comportet locum, non enim in coloribus, aut figuris, aut levitatibus, inest Divina natura, quin immo deterior est, vita expertium conditio, & illud quod vixit unquam, neque vivendi habuit in se facultatem, quod vero a natura vivit, videt, & in se principium motus, notitiamque sibi convenientium, & alienorum a se continet, omnino particulam aliquam defluentem, hausit, illius Providentiæ, qua gubernari hoc universum Heraclitus dixit. Itaque in his rebus, nihilo deterius, Divinæ naturæ concipitur Imago, quam in æreis, aut lapideis Operibus, quæ itidem interitui, & mutationibus obnoxia, sensu interim omni, omnique intellectu privavit natura, quod Sai est Minervæ (6) quam eandem cum Iside (7) arbitrantur fanum, hanc habebat inscriptionem, „Ego sum omne, quod existit, est, & erit; meumque Peplum, nemo adhuc mortalium detexit„ Manifestum e præmissis est, Manethonem, qui nec vocem Amun, quid significaret, novit, Ægyptiorum Linquam ignorasse, sed

&

& Josephus Flavius, more Græcorum sine subsidio Linquarum, quæ in Ægypto in usu erant, Appionem refellere studet. Solum Plutarchum quamvis etiam in convenientibus destitutum subsidiis, figmentorum nubes, excæcare non valuit, vel quod melioribus uteretur traditionibus, vel quod felicitate sui Ingenii verum a falso secernere, acriori studio conatus fuerit, Sapientia Ægyptiorum omni ab ævo tam celebris fuit, ut sapiens non videretur, qui ex Ægyptiorum fonte se profecisse non testatum faceret, Encomia hujus Sapientiæ, in S. Sacra multis locis deprehendere licet, & e Diogene Laertio, discimus, principes Græciæ Sapientes, non solum Domi, traditiones Ægyptiorum meditatos fuisse, sed Ægyptum ipsam, petiisse, ut vivæ vocis ministerio conarentur, invenire, quæ in disciplina Ægyptiorum, obscura viderentur. Non vana hæc esse de Ægyptiorum Sapientia, ostendunt monumenta, quæ a remotissima antiquitate supersunt, & quæ omnibus, quibus hæc spectare contigit, Majestate sua & Artis humanas fere vires superantis perfectione, stupori commixtam excitavit admirationem, ut Hungaros, his a Cultura Magistris, in Colchide, omnia quæ ad suum Nationalem Characterem explicandum pertinent, accepisse, nec absurdum, nec impossibile esse videatur.

CAPVT IV.

Ægyptios jam ante tempora Græcorum, circa Pontum Euxinum, & Paludem Mæotidem, Dominatum exercuisse, incolas in Agricultura, & vita sociali instituisse, sedes fixas locis in commodis sibi constituisse, & fundatores, Patresque fuisse, Colchicæ (8) Nationis, docet Herodotus, & Diodorus Siculus, quorum collectæ videri possunt traditiones, in Opere Cl. Danielis Huetii de re Nautica & Commercio antiquorum Pag. 172 §° 3tio sed non solum Gens in Colchide, sed & Mygdonii & Bebryces & per Græciam plures Populi, Culturam suam quod Ægyptiis debuerint, sequentes Historicorum certum faciunt traditiones. Cecrops ὁ δίφυής dictus, quia cum Ægyptius esset, ita Græcos mores, & Linquam, addidicerat, ut Græcus videretur: in Attica quæ tunc Acte (9) dicebatur, primus regnavit, annis plus minus 373 ante Ilii excidium, regnavit autem annis quinquaginta, ut tradit, Eusebius, suo a Nomine Arx Cecropia dicta est, Vi aliquando, sæpius Arte vicinos sibi subiecit Populos, qui per solitudines, & Silvas dispersi, juribus Socialibus non temperatam vitam agebant: hos in Civitatem confluere, certis limitibus circum-

scriptas

scriptas habitationes pati, Leges & Senatum ferre, docuit, qui Senatus ut e Lapidibus Arundelianis colligitur, ille idem est, qui postea Areopagitarum nomine celebratus est. Hæc fere 1582 Annis ante I: C: evenisse iidem lapides testantur, atque ab hac Epocha Historia Atheniensium sua habet Initia. Cecrops est, sic tradunt Historici, qui Religioni Græcorum formam præscripsit, & Ordinem, jussit Supremum Deum non aliter quam nomine Jupiter (10) invocarent, Nomen Cecrops sunt qui tradunt, per metathesim Litteræ R—natum esse, Cercops dictum fuisse, facie nempe & vultu caudatus, id est versutus, quasi in facie caudam habens, qua blandiretur aliis, & eos inescaret, atque hinc intelligitur, quid sibi fabula velit, de duplici ejus natura, Serpentis & Hominis, virum nempe Politicum, temporum opportunitates aucupatum fuisse, nec omnia vi, sed persæpe attentione & providentia, res societatis direxisse. Cadmus post Cecropem, e Thebis Ægyptiis, in Græcia urbem fundavit, & illi Thebarum nomen indidit, sic Diodorus Siculus Lib. 1° Cap. 14° tradit Cadmus ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ortus est, cujus sane Patrem Ægyptium fuisse, in confesso est, quem Græci Agenora Strenuum, seu Ductorem virorum appellarunt. Pausanias hanc traditionem infirmare conatur, Bæotiorum Cap. 12° dicens „in loco, ubi Bos fessa decubuit, sub dio, Ara

est,

est, Minervæ, cum Simulacro, quod a Cadmo dedicatum perhibent, refellitur autem eorum error, qui in Thebanorum fines Ægyptium, non Phænicium Cadmum venisse, putant, vel ipso hujus Minervæ nomine, Siga [11] enim Phænicum, non Sais [12] Ægyptiorum Linqua dicitur. Ibi pro Siga legendum Onga vel Onca [13] sic enim Phænices Minervam appellant: cum hæc a Pausania in medium locata nomina sint e Linqua Ægyptia, Cadmum ut vetustiores habent Historici, Ægyptium fuisse dubitari nequit. Cum sic Ægyptios per ripas & adjacentes Regiones, Culturam nationum pro scopo sibi sumpsisse manifestum sit, Scythas accolas Ponti Euxini in Colchide, non esse ab iis neglectos, certissimum reputari debet, neque saltem, non neglectos, sed optime cultivatos sequentia declarabunt.

C A T V T V.

Quis sibi persvadeat, Nationes liberas i. e: quæ naturalibus inclinationibus satis facere posse, nullo respectu habito, illorum qui aut secum, vel vicini essent, assvetas; solum & unicum quod, Beatas efficere posset, fortissime persvasæ erant; admissuras: ut Populus sibi


igno-

ignotus, Copiam Hominum in Littore exponat, loca firmet, Urbes excitet, ad vitam necessaria, & ad commercium utilia accumulet, Opum fulgore oculos irritet, nisi ingentia merita illorum, quibus hæc concedebant, eas ad hæc toleranda permovissent. Commercium nempe, & in hoc manipulando, fides & sinceritas, Ægyptios primum commendare debuerunt, quibus bene sitis, reliquis consiliis via sensim parata est. Commercio studentes & propterea Ægyptiis intermixti, & moram agentes, observarunt, Ægyptios Numen adorare certis ritibus. Matrimonia non ritu ferarum peragere, Sobolem educare, Leges & Pacta Socialia sancte observare, propria cujusque a vicinis intacta permanere, publica a privatis discernere, Hæc utilia esse cum intellixissent, & quia placuerunt, imitanda duxissent, eos, qui horum institutorum authores erant, diligere cœperunt, nato sic inter nationes affectu, Linqua, Mores, & instituta Ægyptia, transplantari cœperunt. Quod si hac methodo, populi lucrantur, pro ratione Characteris, & receptivitatis, nationes, exterorum instituta, suis nationalibus interserunt, ut sic utriusque maneant vestigia, & Eorum, quæ propria sint nationis, & quæ imitando ab exteris sumpta sunt. Hac via Græcos primum ostendere mihi animus est, ab Ægyptiis lucratos esse, ut sic appareat, Scythas etiam his artibus in fædus & amicitiam

Ægy-

Ægyptiorum pervenisse. Vinculum præcipuum societatis Linqua est, quæ nisi scriptura suo in statu seruetur, sibi breve intra tempus Dissimilis fieri solet, hoc medium conservandæ Linquæ, inter præcipua et antiquissima inventa Ægyptiorum in usu fuisse, innumeri pæne tam sacri, quam prophani testantur scriptores, hanc methodum scribendi, aut Ægyptiis Originalem fuisse, & non ab alia Gente mutuatam, inde apparet, quod soli Ægyptii, Characteribus solum suæ Nationi propriis, scripturam suam a sinistra ad dexteram absolvant manum, quod omnes Populi orientales contraria ratione facere solent. Quod si itaque Phænices soli fuissent, scripturæ inventores, Scriptura, quæ contrario ductu Litteras absolveret, certe antiquis ignota fuisset. Cum vero Græcum & Ægyptium Alphabetum comparando examinamus, animadvertimus, primo Græcos a sinistra in dextram litteras suas collocare, et secundo, a tanta Antiquitate, necdum tractuum intercidisse penitus similitudinem, litteras immo quasdam; eadem ratione exprimi, in aliis quomodo ex Ægyptiis, Litteræ Græcæ natæ sint, facili conjectura assequi possimus, Alphabetum Ægyptium viginti sex litteris absolvitur et singula Littera, septem diversis effertur sonis, cujus descriptionem, tædium Lectoris veritus, transmitto. Alphabetum vero Græcum subiungo, et cuilibet Græcæ Litteræ immediate Ægyptiam

subnecto, sic sequuntur se invicem Litteræ more Græcorum, non Ægyptii alia serie suum concinnant Alphabetum.



Tanta ex Antiquitate, tam prope similes immo integras etiam superesse Litteras, cum cernimus, certe concedendum est, non has Phænicios, sed Ægyptios Græcis tradidisse, quod quam verum sit, ex Antiquitatibus Italicis Etruscisque Cl. Montfauconii, Operibus clarum fit, nam, propterea quod Evander Phænicius, circa Annum 2823 Litteras et scribendi methodum in Italiam transplantavit, monumenta Etrusca, litteris Phæniciis a dextra in sinistram scriptis, signata experimur.

CAPVT VI.

Ægyptios multa attentione, dictata sapientiae ad usum vitæ civilis apposuisse, plena sunt

Histo-

Historiarum Volumina, sed quod plus est, supersunt e remotissima antiquitate, Monumenta talia, aut eorum ruinæ, quæ testantur, Artes et scientias olim in Ægypto ita floruisse; in hodiernam usque diem, non sine humiliatione arrogantiæ nostræ, fateri cogamur, nos qua ratione talia Artis Opera conflari potuerint vix concipere, taceo imitari posse. Cum vero Experientia id omnis ævi certum sit, occultam quandam concatenationem singula in Natione obtinere, qua suum verum et pulcrum limitibus circumscribunt, ex quo postea Genius vel Character nationalis exoritur: hac de causa Artis Opera nationalia, non interventu exterorum posita, non solum gradum perfectionis, quem hoc in Artis Opere demonstravit, declarant, sed præterea, concatenationem, notionum et experimentorum, quae in omnibus Artibus et scientiis in illa Natione, cum se ad Artis hoc opus ponendum accingeret. Monstro simile foret, nationem in aliquo excellere, reliquis omnibus neglectis, ut quippe nihil in Natura, sic nec in Societate Humana aliquid per saltum efficitur, aut si conatur, ridiculum est. Artium hac de causa insignia Opera, Scientiarum Culturam præsupponunt diligentissimam. Inteleximus ex hucusque dictis in Græciam usque Ægyptios, Artes, Litteras, instituta, Civilia, Politica, Religiosa, transplantasse, quid num Colchidem neglexerunt, Argonautarum Celebris

 in

in Colchidem expeditio, testatur hoc factum non esse, audiamus Pindarum Oda Pythiorum 4ª canentem, *τίς γαρ ἄρχα δεξάτο ναυτιλίας* Quodnam initium navigationis? Dico disciplinam Chironis me afferre, Centaurus vero me divinus Jasonem [illegible] nominans appellavit, Phasin autem deinde ingressi sunt, *ubi nigris* aspectu Colchiis robur suum miscuerunt; Medea opem ferente (*κε Μηδεα εἴδως*) consiliorum gnara, Jasonem ignis non affecit, & veneficiorum peritissimæ Hospitæ præceptis, interfecit technis (Opio) Serpentem (i. e. Custodes) Medea, Æsonem, Patrem Jasonis senio confectum, veneficiis restituit, in primum juventutis florem." De vellere Aureo Charax dicit, Auream pellem, fuisse tractatum de artificiosa ratione conficiendi Auri, membranis comprehensum: propter quem, ut magni rem pretii Argonauticam ait factam esse expeditionem. Varro de Re Rustica Lib. 2° Cap. 1° per Aurei velleris Oves intelligi putat, rei pecuniariæ summam observantiam, summosque reditus.

De antiquis illustrissimus quisque Pastor erat, unde veteres Poetæ, alios vocant *πολυαρνας* Ditem Ovidium, *πολυμηλȣς*, *πολυβȣτας* ditem Pecoris, & ipsas pecudes, propter caritatem, aureas habuisse pelles, tradiderunt. His expensis ad credendum difficile non est, Jasonem diligenter etiam in Medicina a Chirone institutum, in terras profectum esse scientiæ augendæ

causa,

causa, patet vero ex supra dictis, omnigenam scientiam in Colchide floruisse, præcipue vero Herbarum Scientiam, prout et utilis et noxia esset, ut vero socios Jaso acciperet expeditionis, Aureum Vellus, quod ad imaginationem commovendam valeret, inventum est, ut et hodie observamus, prætextus, a rebus quæsitis valde diversos esse. Colchis itaque, Linqua, Moribus, Legibus, Litteris, institutis civilibus & religiosis more Ægyptiorum culta fuit, Nomen ipsum Regionis æthiopicam sapit originem, nam Colchis [illegible] Regio humilis, plana, pascendis Ovibus apta significat. Jazyges, quos Colchiis, vicinos fuisse, dicit Ovidius Libro tristium 2° Jazyges et Colchi, Metereaque turba, Getæque, Danubii, mediis vix prohibentur aquis: Jazygas inquam adhuc hodie, armis strenui, Ovium Culturam, naturali quadam propensione diligunt. Conjucturarum hucusque prolatarum nexus requirit, ut locum Diodori Siculi parte 1ª Conjecturarum Pag. 4ª citatum, ad lancem revocem" Scytharum, inquit, Gentes sibi subjecit, ad Tanaim usque fluvium, qui Europam ab Asia dispescit, ubi Ægyptiorum nonnullos, ad Mæotim Paludem relictos, *Colchorum nationem condidisse* tradunt. Quam ab Ægyptiis ortam esse, hoc argumento docent, quod Ægyptiorum ritu, circumcidantur, qui mos in colonia hac perinde, ut apud Judæos permanserit. Hoc testimonium quanti sit usus, in

Histo-

Historia de antiquitatibus Hungarorum, sequens Caput indicabit.

CAPVT VII.

Cinnamus Scriptor Sæculi duodecimi (sunt hæc sumpta e Magazino Hungarico, Posonii edito, 178. apud Anton Löwe e Tom. 2° Nr. 17°) Chalisiorum, tradit memoriam, (Chalis nomen Gentis ab arabico خالص Chaliz sumptum est, & pura conscientia præditum significat) populi qui cum Dalmatis coniuncti erant, et illos, Hungaros appellat, qui Cristiani non essent, et sequentia de illis tradit „Exploratores quidam ad Imperatorem Manuelem Comnenum reversi declararunt, quod in ripa fluvii opposita, magnus valde exercitus, (Dalmatarum) in aciem ordinatus, collectus esset, cuius pars una ex indigenis, altera auxiliariæ copiæ essent, quæ Equitibus Hungaris & Chalisiis constarent. Qui posteriores Religione a prioribus essent distincti, quod Hungari Cristo, nomen dederint, hi vero *Mosaicis uterentur Legibus*, sed *non ex integro*: referebant hos & Patzinatzitas inter se, esse coniunctos, & alio in loco" proinde profectus est Imperator (a Zeugmen) & excitavit Castellum, quod Hungaris, qui majori numero, e Sirmio advenerunt, concessit,

ut

ut plurimum ab eo Chalisii nominantur, & sunt, ut supra dictum, alterius Religionis, foventque Opiniones, quas Persæ hoc e testimonio Cinnami extra dubium id esse videtur, quod in Sirmio, circa limites Dalmatiæ, in Sclavonia nempe, Populi Hungarici habitaverint, qui adhuc sæculo duodecimo, Religionis Cristianæ ignari erant. Hos ego Chalisios indigenas non puto esse, sed solum adoptione Hungaris receptos, tales nempe, quibus Hungari jus Civitatis impertiti sunt, & suis moribus assuefactos secum esse, passi sunt. Anonymus Belæ Regis notarius, de Toxo Duce Hungarorum scribit„ audita pietate ipsius, multi hospites confluebant, ad eum e diversis nationibus, nam de terra Bular venerunt quidem nobilissimi Domini, cum magna multitudine Hismaclitarum, quorum nomina fuerunt Billa & Bocsu, quibus Dux per diversa loca Hungarorum donavit terras, & insuper Castrum, quod dicitur Pest, in perpetuum concessit: Billa vero & frater ejus Bocsu, e quorum progenie Ethcy descendit, inito Consilio, duas partes Populi, quem secum habuerunt, ad Servitium prædicti Castri, concesserunt, tertiam vero partem, suis dimiserunt posteris, & eodem tempore, de eadem regione, venit, quidam nobilissimus miles, nomine Heten, cui etiam Dux terras, & possessiones complures donavit. — — — poterat hic locus criticis per belle ostendere, *Ismaelitas*

litas Hungaros, nec *Judæos*, nec *Saracenos* fuisse sua ab origine, qui subinde lucri causa, in Hungariam venerunt, nam quis credat, mercatoribus, aut Judæis, aut Saracenis, Arcem ad tuendum concreditam vel quod agrum coluerint, ut hæc de Ismaelitis notarius tradit, qui sub Duce Toxo, magno numero, in Hungaria sedem fixerunt: quod hi Ismaelitæ, non fuerint habitatores tentoriorum, sed quod perenni sede vivere soliti sint, illud e Decretis Regum comprobari potest. Ismaelitarum nempe anno 1092. in Decreto Regis Ladislai, sequens exstat vestigium: de negotiatoribus, quos appellant Ismaelitas, si post Baptismum, ad *Legem suam antiquam per circumcisionem* rediisse comperti fuerint, e Sedibus suis expulsi, ad alias villas dislocentur: Illi vero qui, inculpabiles per Judicium apparuerint, in propriis sedibus aut domibus permaneant, „de iisdem Decretum Regis Golomanni sic præcipit“ Si quis Ismaelitarum in jejunio, seu in porcinæ Carnis abstinentia, vel in ablutione, vel in quolibet alio, suæ sectæ facinore aliquem deprehenderit, Ismaelitæ Regi deputentur, qui vero eos accusabit, de substantia eorum partem accipiat“. dicitur porro „Unicuique villæ Ismaelitarum Ecclesiam ædificare, de eadem villa dotem dare præcipimus, quæ, posteaquam ædificata fuerit, media pars Ismaelitarum emigret, sicque aut extrinsecus sedeant, aut quasi unius

moris

moris in domo. Mater autem nobiscum una, eademque Cristi Ecclesia individua, unanimiter consistat" & dein „Ismaelitarum nullus audeat, filiam suam jungere, matrimonio alicujus de gente sua, sed nostra„ hinc certum est, Ismaelitas, nec sub tentoriis vitam egisse, nec incerta sede vagos instar Nomadum circum errasse, sed villas, pagosque incoluisse, & cum Hungaris matrimonii vices exercuisse. Quod vero hi Ismaelitæ sint ex eodem Populo, quem Anonymus Belæ notarius descripsit, & magno numero e Regione Bular in Hungariam venisse tradit, extra dubium esse videtur, cum nunc citatus auctor, qui Regem Belam 1mum anno 1061 Sacra Corona inauguratum perhibet et illi coætaneus fuit, (ut hoc Cl. Katona evidenter ostendit, in Hist. Crit. Prim. Duc. Hung) idem nomen illis tribuat, quod nomen in Decretis Regum acceperunt, porro ut Decreta certum faciunt, Ismaelitas Pagos inhabitasse, sic Anonymus quoque, quod a Duce Toxo, & vallum Pest, & alias notabiles portiones ad custodiendum illis traditas esse, adnotavit, & cum præfatus scriptor, populi duas partes, ad custodiam valli applicitas, significet, clarum est Ismaelitas peritos Militaris disciplinæ fuisse, videturque hæc natio, excepta Religione, ita iisdem moribus cum Hungaris usa fuisse, ut nullum in eos esset discrimen. Hos ego Ismaelitas, eosdem esse puto Chalisios; quos Cin-

namus

namus Hungaros nominat. Nam Chalisii, ut ejus id constat testimonio, *Mosaicæ Legis videbantur, sectatores*, abstinuerunt suilla, ritus purificationis observabant, & *circumcidebantur*, ut e Decretis Ladislai, & Colomanni percipimus, & cum Chalisii, asserente Cinnamo, *Mosaicam legem, sed non ex integro*, observasse dicuntur, hac de causa Latina Linqua utentes Hungari non Judæos, sed ab Ismael, qui ex ancilla natus est, non propter ipsam originem, sed quod Legis Mosaicæ, non ad amussim essent observantes. Quod vero populus, quem Hungari in Latina Linqua Ismaeliticum cognominare soliti sunt, vulgo Chalisii dicerentur, Cinnamus auctor est, proinde in Linqua Hungarica, hoc eorum nomen esse debuit Kalit (14) quid? si Græcus hoc nomen a Hungaris, pronuntiantibus Káláiz extudisset, quo nomine illi veniunt Hungaris, qui vagantes per loca populosa, Ollis, Cacabis, Sartaginibus rimosis plicas admovere sciverunt. Illirii tales Calagiros nominant, qui in civitatibus et oppidis, res minoris pretii in tuguriolis divendere solent, & qui aut e Bulgaria, vel Rascia, ut plurimum fuerunt, & quibus idem nomen, cum ollarum reparatoribus, dare consvetum erat, & a quo nomine Hungaricum Kalaiz mihi derivatum esse, vero simile videtur. Fors ut e Decretis Regis Ladislai conjicitur, huic populo mos fuit, hac industria commoditates, & ne-

cessa-

cessaria vitæ sibi procurare, qua de causa, nomen illud ab Hungaris accipere potuerunt, ut Croatæ, qui Dalmatas, quod frequenter in vectura, & divenditione salis occuparentur, Szolár nomine compellant, & ut in pluribus Comitatibus Hungariæ illi Slavi, qui Linteum vendere solent, Gyoltsos-Tot, qui Crocum Sáffrányos-Tot, & qui oleum Olaj-Karos nominantur; Porro narrat Cinnamus, in Bello illorum habitum esse usum, quod cum Anonymi Sententia, congruit, quippe ad custodiam valli Pest, applicitos fuisse, testatur. Ex hucusque allatis neminem puto, Historiam Hungariæ evolventem, illius futurum Opinionis, quasi Ismaelitæ, aut Turcæ, aut Judæi, aut Saraceni fuerint, aut populus Nomadum instar, sub tentoriis victitans, Nam noti erant Cinnamo, neque Chalisios, Hungaros nuncupasset, si aliud originale magis nomen præsto fuisset, sed neque Scriptores Hungari id fecissent, nisi traditio hæc velut Pragmatica, nota fuisset; Sanctus Ladislaus accurate Ismaelitas a Judæis in decreto suo distinguit, nam cum ante de Ismaelitis præcepisset, postea addit: „Si Judæi &c. Andreas etiam 2us distinguit Judæos ab Ismaelitis sequenti ratione: „Comites, & Camerarii monetarum, Salinarii, & tributarii, nobiles, Regni, nostri sint. Ismaelitæ & Judæi fieri non possunt.“ Quantum pretii hoc Capite insinuatis constituendum sit, intelligetur, si Con-

fessio

fessio Fidei, Claudii Regis in Æthiopia in attentam comparationem sumpta fuerit, sequentibus illa verbis concinnata est: „In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, unici Dei. Hæc est fides mea, & fides Patrum meorum, Regum Israeliticorum, & fides gregis mei, qui est in septis Regni mei. Nos credimus in unum Deum, & in filium ejus, unicum Jesum Christum, qui est verbum ejus, & Potentia ejus, Consilium ejus, Sapientia ejus. Qui fuit cum eo, antequam, crearetur mundus, in ultimis vero diebus, ad nos, non tamen ut decederet Trono Divinitatis suæ, & Homo factus est, ex Spiritu Sancto, & Maria Virgine, & baptizatus fuit in Jordane, trigesimo Anno, & factus est Homo perfectus, & suspensus est, in Ligno Crucis, in diebus Pontii Pilati, passus, mortuus & sepultus est: & resurrexit tertia die: & deinde quadragesima die, ascendit cum gloria in Cælos, & sedet ad dexteram Patris sui, & iterum veniet cum Gloria, judicaturus vivos, & mortuos, & non erit finis Regni ejus, & credimus in Spiritum, Sanctum, Dominum vivificantem, qui processit a Patre, et credimus in unum Baptisma, ad remissionem peccatorum, & speramus resurrectionem mortuorum, ad vitam venturam in æternum, Amen. Nos autem incedimus in via Regia, plana; vera, et non declinamus neque ad dexteram, neque ad sinistram, a Doctrina Patrum nostrorum, 12 Apo-

sto-

stolorum, & Pauli fontis sapientiæ, & 72 discipulorum, & 318 orthodoxorum, qui congregati fuerant Niceæ, & 150 Constantinopoli, & 200 Ephesi (Congregatorum) ita prædico, & ita doceo, Ego Claudius, Rex Æthiopiæ, & nomen Regni mei Atznaf-Saged, Filius Wanag-Sagedi, Filius Naodi: Quod vero attinet ad celebrationem nostram diei prisci Sabbati, non sane celebramus illud, sicut Judæi, qui crucifixerunt Cristum, dicentes, sanquis ejus super nos, & super liberos nostros, quia illi Judæi neque hauriunt aquam, neque accendunt ignem, neque coquunt ferculum, neque pinsunt panem, neque migrant de domo in domum. Nos autem ita celebramus illud, ut offeramus munera, ad mensam, & faciamus in eo Cænam, sicut præceperunt nobis Patres nostri in διδασκαλία, non celebramus illud, ita sicut, sabbatum feriæ primæ, quæ dies est nova, de qua David ait. Hæc est Dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea, quia in ea resurrexit Dominus N. J. C. & in ea descendit S. Sus super Apostolos in Oratorio Zionis: & incarnatus fuit in Utero, Sanctæ Mariæ Virginis perpetuæ, & in ea veniet iterum ad remunerationem justorum, & ultionem peccatorum. Quod vero attinet rationem circumcisionis, non utique circumcidimus, sicut Judæi, quia nos scimus, verba doctrinæ Pauli, fontis sapientiæ, qui dicit, & circumcidi, non prodest, & non circumcidi,

cidi,

cidi, non juvat, sed potius nova Creatio, quæ est Fides, in Dominum nostrum J. C. & iterum dicit ad Corinthios: qui assumsit circumcisionem, non accipiat, præputium; Omnes Libri doctrinæ Paulinæ, sunt apud nos, & docent nos de circumcisione, & præputio. Verum Circumcisio, est apud nos, Secundum Consvetudinem, Regionis, sicut incisio faciei in Æthiopia, & Nubia, & sicut perforatio Auris apud Indos. Quod autem spectat esum Carnis Suillæ, non utique prohibemur eo, propter observationem Legis Mosaicæ, sicut Judæi, eum enim, qui eâ vescitur, non abominamur, neque immundum judicamus, neque eum, qui ea non vescitur, ut vescatur cogimus, sicut scripsit pater noster Paulus ad Romanos, dicens, qui vescitur, non contemnat eum, qui non vescitur, omnes enim Dominus suscipit, Regnum Dei non consistit, in Cibo & Potu, omne mundum est mundis. Malum vero est homini edere cum scandalo, & Mathæus Evangelista dicit: nihil potest contaminare hominem, nisi quod egreditur ex Ore ejus. Quidquid enim ingreditur in ventrem, atque ventriculo retinetur, id tandem in abcessu ejicitur, & effunditur, & mundum reddit omnem cibum, dum vero dixit ista verba sua, destruxit totam structuram erroris Judæorum, qui docti fuerunt ex Libro Legis Mosaicæ. Mea vero religio, & religio Presbiterorum doctorum, qui docent jussu meo

in

in ambitu Regni mei, talis est, neque recedant a via Evangelii, neque a doctrina Patris nostri Pauli, sive ad dexteram sive ad sinistram: Et in Libro Tarich (dicto) scriptum exstat, quod Constantinus Rex, jusserit in diebus Regni sui, ut omnes Judæos baptizatos, cibarent carne suilla, in die resurrectionis D. N. J. C. verum prout visum fuerit, unicuique abstinere potest, ab esu carnis animalium, sunt qui delectantur carne piscium, sunt qui amant edere Carnem Gallinarum, sunt qui abstinent ab esu Carnis Ovillæ, & quilibet sicut ei videbitur, animum suum sequatur: Atque ita se habet beneplacitum, & voluntas hominis; De esu vero Carnium, animalium terrestrium, nulla lex, nullus canon datur, in novo Testamento, omnia munda sunt mundis, & Paulus: is autem qui credit, omnibus vescatur, atque istud est, quod scribere volui, ut scias veritatem Religionis meæ Scripta 1555 Anno a Nativitate D. N. J. C. die 23 Junii in Regno Damot. In notis vero quibus superiora dilucidat Cl. Ludolf, adjicit: ex multis enim aliis colligo argumentis, Litteram modo descriptam, in gratiam Lusitanorum exaratam fuisse, quo certiores redderentur, de puritate Fidei apud Æthiopas, neque forsan alienarentur, *suspicione Judaismi ob mores quosdam, antiquitus usitatos*, de quibus etiam aliunde mihi constat, *illos non Lege Mosaica*, sed consvetudine & more gentis niti.

Sic

Sic detracto velo Antiquitates Hungarorum nitere incipiunt, habemus hoc Capite enodationem plurium, quæ Historicis magnam crucem fixerunt ænigmatum, intelligimus profecto, Chalisios, Ismaelitas, Hungaros fuisse & Cristianos Originis Æthiopicæ, & præterea animadversurum puto attentum Lectorem, conjecturas meas, ad fidem Historicam æquabili accedere passu, hunc ut ad scopum pertingam, posteaquam Politica, & Civilia instituta, & Religionem ipsam Æthiopica tinctura apud Hungaros, usque ad sæculum duodecimum obtinuisse, probavimus ea quæ ad Linquam pertinent, in medium adferam.

CAPVT VIII.

Illos, qui verba non intelligunt, sic inquit Plutarchus, de rebus ipsis falli, aliquot exemplis ostendere mihi hoc Capite proposui, quod conjiciam, & Antiquitatum amatoribus, hæc non injucunda fore, & quod aliqua horum, ad illustrationem de Colchide utilia videantur. Ut in parte conjecturarum prima, ostendi nomina, quæ in Historia Hungariæ, velut syrtes & scopuli stabant sine usu & omni penitus sensu, sic in Scriptoribus Antiquitatum de Ægypto, &

in Multis Poetarum, & Mythologorum Operibus, observantur voces multum sonoræ, quæ tamen sensum nullum excitant, quod hæ voces ex Ægyptia sint derivatæ Linqua. Tales sunt ut mihi videtur sequentes voces. 1mo [illegible] Merco significat: Conciliator, Mediator & hinc natum videtur Nomen Mercurii, & ejus, tam in Cœlo, quam in terra, quam apud inferos functiones, cum neque in Græca nec in Latina Linquis, nulla subsit significatio, clarum est, hanc vocem ex aliena Linqua esse, insertam. 2do [illegible] Thoit significat Idolum, statua, & ab Ægyptiis, Mercurii statuis præferenter datum est, hinc illæ Græcorum fabulæ de primo & secundo Thoyt, inventore Litterarum & Commercii. 3tio [illegible] Tat cujus significatio est, Conditor, restaurator, & hoc nomen personificatum, multifariis figmentis occasionem dedit. 4to [illegible] Amun Veritas, vox a Græcis divexatissima, hinc ille Ammon. 5to [illegible] Kneph Dominus Dominatus, eadem in significatione est apud Ægyptios, ut Elohim apud Hebræos, 6to [illegible] Mineri, significat: Homines æquales facit, nempe Dei voluntate homines æquales factos, hinc ortum est: Minerva, e Cerebro Jovis natæ & accedente vulcano i. e. Artibus, ejus in Mythologia functiones. 7mo [illegible] Issis *altor, nutritor,* qui alit, cibum potumque præbet Deus, hinc natum Isis & magnus numerus notionum, quæ fingendi

licentia huic voci personificatæ, conjunxit. 8vo ቆሊክስኪ Colchis nomen e ቆል Col Regio plana & ሐስኪ Chis Grex ovium, adeoque Regio plana alendis ovibus utilis. 9no ኪበሬ acte *Celebris laudata laude digna* sic nominata est Arx, Athenis excitata, a Cecrope, quæ ad frænandos Athenienses pertinuit: 10mo ፈጠረ Piter, *creavit Deus e nihilo* Cecrops auctor fuit hoc ut nomine Deum invocarent, hinc natum Jupiter addita nempe particula invocativa Ju! 11mo ሰገደ Sigad, *prostravit se, genibus provolutus est.* 12mo ሰዐዘዘ Sais *Stupefecit admiratione.* tio31 ኦንቆዐ ; Onga *vis amoris ipsam medullam penetrantis.* 14to Kalit a Koli Nro 8vo derivatum esse videtur. 15to ፋሥሕ Phaze, Lætitia, Hilaritas, nomen fluvii Phasis in Colchide. 16to ዴሕና Dahna *Salus, incolumitas* hinc natum est Diana & ejus in Mythologia variæ functiones, & quæ cum Statu Virginis pugnare videbantur, Fer! Opem Lucina. 17mo ሀኬት Hecate, *Pigritia, intermissio, cessatio.* 18vo ቀርቅስ Circes, lusus, & species lusus divinatorii. 19no ኣየደቱ Ætes *dulcis* suavis. 20mo በሐኢ Bacha, fermentat, nempe succus Uvarum hinc Bachi nomen & ejus attributa. 21mo שבה Juno Chaldaice tempus, distinctum officio conjugali, عون Juno apud Arabes significat, *auxilium & marito juncta Hera*, hinc Junonis nomen & officia derivata sunt. 22do הרכל Heracel Chaldæis, figura commercii omnia domantis, cui

&

& terra & mare usui est, & quod omne impedimentum tam sociale, quam naturale removere studet. Hinc natum Hercules, & duodecim ejus Labores. 23^{tio} ማሠርሕ Marh, *Preda cepit in Bello*, abegit pecudes ab Hoste, hinc Martis nomen & effectus. 24to ФΛቶሸP Volcan, trepidus, turbatus, manibus opera faciens, hinc vulcani nomen & functiones fluxerunt. 25to ወሠርር Vaszir Osyris, *gramen iterum pullulat, Herbæ redeunt*. 26to ኣፊ Aphi *initium Auroræ*, hinc Apis. 27mo ሠረቃፊ Szerakaphi, *ortus est Sol*, hinc Serapis ortum accepit. 28vo ጠፍሕ Typho, *lutum molle* 29no ነፍነት Nephtes flatus venti. Ultimæ itaque quinque voces, Status Physici per exundationem Nili in se habent descriptionem, nempe si Typhoni (molli luto) Nephtis (ventus) nubat, superveniat, nascetur Osyris & Isis, viribus quas Apis & Serapis (sol nempe) excitabit 30mo ኣተለወ Atlava ad sequendum se induxit, persvasit, hinc nomen Attilæ ortum esse videtur: 31mo ሜዘር Mizer *Cerevisia* hinc Ægyptii Misraim dicti sunt, quia inventores Cerevisiæ fuerunt: 32do ጀረበኸ Jarba Jarbas *Heros Strenuus*, Bellator. Sequentia Hebraica Curiosis ad meditandum subnecto, fors non injucunda, existimo. 33^{tio} Minos a מִבֵן objectiones facere. 34to Rhadamantus a יָרָה punire & מכה decernere. 35to Sarpedon a שׁרפרין Dominus in Judicando. 36to Europa a הוריאפא alba facies. 37mo Phryxus a פָּרַח fugere.

38vo Semele a שׂמל ex omni parte circumdare, nempe vitem, 39^{uo} Satyrus a סהר occultare, qui vino largius utuntur, latere debent, vel risu excipientur. 40mo Dido a ידיד amata. 41mo Cerberus a קבר tumulus, tria fingitur habuisse Capita, quia lucem auffert, tenebras adfert, dissolutionem efficit. 42do Charon a כרה fodere, 43^{tio} Jenoveva a ונזכב reproducitur, iterum propullulat. 44to Momus a מוּם macula 45to Βωμος a בּמה altare, 46to Lapithæ a לַפִּידִם ab ardore in Pugna. 47mo אסא Asa *curavit* Sanavit, hinc Jason. Clarum esse puto, quantum ad antiquitatis studium, Orientales Linquæ necessariæ sint, nisi verbis velut Calculis ludere, hoc potius quis judicet, utilius esse. Species Idololatriæ est, si voces in mente custodiamus, & illis falsas adnectamus notiones, Vox talis tum Idolum est, falsæ notiones ejus Cultus.

CAPVT IX.

Quam mirabilem & attentis Observatoribus curiosam metamorphosim, Linquæ subire possint, testantur Italia, Gallia, Hispania, Anglia, quæ Linquas acceperunt novas, cum partem Originalis suæ Linquæ, cum illa Linqua, quam irruentes Populi armorum vi, plantarunt, commiscerent. Hinc nova ortum acceperunt

no-

nomina, Provinciarum, Montium, fluviorum, Marium, Hominum. Commercium dein & instituta Religionis, & Politica, modos exprimendi antiquos sic immutarunt, ut vix rarum supersit vestigium, illius Linquæ quæ obtinuit, ante irruptiones exterorum in hæc Regna populorum: Longo usu tamen, & multorum industria, multum diversæ Linquæ illam acceperunt sibi commixtæ, homogeneitatem, ut non solum omnia quæ significare volunt, distincte proferre valeant, sed non sine gratiis & venere, tam quæ ad docendam quam ad delectandum pertinet, absolvere possint. Quod si hæc in Occidentalibus Linquis possibilia fuerunt, quid miremur Orientales, a natura molliores, euphonicasque, si occasiones ad combinandas oriantur, ita in unam tertiam coalescere, ut difficile sit, tempore procedente, ostendere qua ratione Originalia stamina, in texturam linquæ applicata sint. Nata sic est Linqua Hungarorum, non vi armorum, sed amore, charitate, & mutuo affectu inter Scythas & Æthiopes, in Colchide & Provinciis Colchidi circumjacentibus, adjuvantibus commercio & socialibus institutis, quæ a reliquis Scytharum linquis, hujus Culturæ non sociis, plane esset diversa. Quamvis interim, Colchis perpetuum esset Theatrum belli, & migrationes Gentium hac in Regione frequentissimæ, tamen subjectus vocum elenchus ostendit, quam tenaciter,

pri-

primorum Staminum Originales adhuc hodie perdurent & notæ & Characteres. Poteram certe longiorem vocum Elenchum contexere, si libuisset Etymologicis Artibus uti, abstinui quæ in Grammatica & Syntaxi similia detexi, in medium collocare, Hungaricum Familiarum Nomen; ex Æthiopica lucem accipere posse, demonstrare neglexi, nunc optimum nempe censui, paucas producere voces, quæ fere eodem sono proferuntur, iisdem fere Litteris scribuntur, in quibus transpositiones Litterarum manifestæ, aut litteræ unius interpositio, evidens est. 1mo ዐረገ Öreg senex Litteris sono & significatione in utraque Linqua tam Æthiopica quam Hungarica idem denotant. 2do ዘንገዐ Zsengy *tonat, sono rudi incondito auditur.* 3tio ተንሰዖተ taszit, trudit impellit: 4to ጸረሮ szoro Szoros angustus, litteræ finalis s quæ sit Origo e sequentibus apparebit. 5to ጸወ Zo, Só Sal. 6to ሠተረ Satór extensum expansum. 7mo ሐሰበ Hassáb, frustum Ligni directe fissum. 8vo መዐዘ Méz Mell, deliciæ, voluptas. 9no ረዘ Ráz Rázni, tremefacere, 10mo ሰለጠ Saláta supplevit inopiam, defectum alicujus: 11mo ተንተነ Tantan Tantorgani nutare vacillare, 12mo ወገአ vag, vagni ictus Sectio, 13tio ተረፈ Tréfa retardavit, retraxit ab incepto, 14to ፈሐቀ phak, vakarni fricare tó arni supplementum Euphonicum est. 15to በዮነ Benne intus 16to ቀነየ Kenni manibus operam facit: 17mo በረሀ Barih

Bi-

Biro illustravit: 18vo ꗐꗑ Sanak Sák saccus, notetur Litteram N apud Samaritanos, Arabes, Syros, scribi quidem non enuntiari: 19no [illegible] Igi Igen utique igitur. 20mo [illegible] Joh, Jo, mitis Clemens: 21mo ጉባእ Guba, connectere, congregare. 22do [illegible] Izen Izeni nuntiare. 23tio [illegible] Ság Status, Conditio, vox hæc multarum ad vocum in Hungarica Linqua Compositionem, adposita est, & ea de causa nectitur, ut cujusdam qualitatis perpetuitas & constantia intelligatur: est ubi Euphoniæ Causa a in é transmutatur, quotiescunque nempe a: o: u: præcedunt, semper ság obtinet, si vero é vel i antecessit ság subnectitur. Observatur etiam hac voce Ság idem apud Hungaros fieri, quod apud Hebræos relativo אֲשֶׁר, ex hac nempe media littera שׁ Schin sæpe vocibus apposita, relativum qui, quæ, quod exprimit, Sic e, Sag, sola littera prima s vocibus in fine adjecta, denotat constantiam & perpetuitatem illius qualitatis quam vox significat. Exempla 1mi Casus sunt Királyság, Joság Boldogság, Conditio & Status Regius, bonitatis, Beatitatis: 2do Phænomeni sunt exempla Betegség, Szegénység, Irígység Status & Conditio infirmi, pauperis, invidi &c. 3tii Phænomeni exempla sunt Szoros, sós, Mézes, Conditio angusti, Salsi, Melliti &c. hoc suffixum ság tam late in Linqua Hungarica imperium obtinens, ostendit quam vere Linqua Hungarica ab æthiopibus suam acceperit Culturam: 24to [illegible]

Atzu

Atzu Utza, Area Via. 25to ፈለጠ falat, separavit, segregavit, seorsum collocavit, egy Falat parum aliquid, quod semel in os ingeritur: 26to ኢግሞረተ Igméret, Ismérni, agnitio, comprehensio, 27mo ሐረተመገተ Hertmegt hinc Eördög derivatum censeo, *ærumna circumveniens*, miseria circumdedit. 28vo ፈንቀለ Pankal Pokol, invertere pervertere rem omnem, N scriptum quamvis non enuntiatur. 29no ዘደገገረ Zingar Tzigány Interpres: dicunt Æthiopes: Zingar betamrit interpres prodigiorum: 30mo ደለወ dalu aptus, dignus, hæc alterum est suffixum quod ut ság ad multarum vocum compositionem Hungaricarum, in fine adjicitur: v. c. Uradalom Dominatus, soka-dalom multitudo, & euphoniæ causa a in é mutatur, ut Győzedelem victoria, sæpe etiam d Littera omittitur ut in szerelem Amor Unalom Tædium: cum horum Phænomenorum, sola ex Æthiopica Lingua possit haberi Lux & explicatio, patet Scythas diu cum Ægyptiis familiarius constitutos fuisse. 31mo ዐሰየ Isy pro meritis Gratiam reddidit & hinc ዐሰተ Isten remunerator, Deus. 32do ዐሠረ Ezer mille 33^tio^ ገበረ Geber Ember homo labores, 34to ወደቀ vedek vétek casus, ruina. 35to ሠደጠ sito sido Mercator, nomen quod nunc Hungari applicant Judæis, qui olim soli fere inter Hungaros Mercaturam exercebant. ዐረየ 36to Iry Irni exæquare, similem reddere, 37mo በዘሀ Beszi, Be-

szil-

szilleni, multus fuit, prolixior fuit, multiplicavit: in voce Beszéd sermo, ultima littera suffixum est ex voce Dalu; quæ vox fluxum rei non interruptum denotat, & in voce Beszédes, duo occurrunt suffixa e Sag & Dalu ut significetur, omnino illa qualitate quæ in Beszédes sermo est, aliquem eximie provisum esse, idem occurrit in voce Győzedelmes victoriosus, & in voce Szerelmes Amatus eliso D & a in e mutato, e voce Ság additum est in fine S. 38vo Monda Mondani, urgere ad faciendum. 39no Paratzolat, Parantsolat dictis terrorem incutere: 40mo Nezer, Nézni considerare conspicere: respicere: 41mo vádj vád accusatio 42do Lika Lakat summum in qualibet re. 43^{tio} bizu Bizni confidere, consors, socius, familiaris, hinc oritur Biztos fidus Bizonyos certum Bizodalom fiducia, Bizonság testimonium 44to Hami Hamis Calumnia, falsum: 45to Hasu Hazudni mentiri fallere hinc Hazugság Mendacium. 46to Hazal Hozni gestavit, bajulavit: 47mo Temla Tele repletus, impletus, 48vo Mur Ur Dominus: hinc Uraság Dominatus: & Uradalom Dominium: 49no Marha, pellere, ducere, deducere. 50mo nege Reggel mane 51mo mest Este Estve vespera 52do a dalu Dél meridies derivatum videtur, significat enim, Bilanx, Libra Status: 53^{tio} Boszurkány

kány sapiens: vox Persica est: 54to አንተ centu, Te, Tu : አንተ ወአንተ : መሲሕ : antu vatu Messiah: Te vagy Messias, Tu es Messias: eodem quo Hungari construendi modo: 55to ሐሰዊ መሲሕ : . Hazu Messia Hazug Messias Falsus Messias: 56to መሐሰ Maze Metzeni Scindere, 57mo መስቴማ Mastemo Satan Diabolus: 58vo ምስኪን Sccin Szegény pauper inops: 59no ምዘር Miser Méh-ser Cervisia mulsum: 60mo ነደ Nadj Nád, facile ardet, hac de causa Arundo hac voce insignita est: 61mo ሰዐመ Sam Szaj Osculum, Os: 62do ሠገረ Sagar Sogor, liberavit ex angustiis: affinis: 63^{tio} ወለጠ valta váltani, mutare immutare 64to ሐለየ Háli Hálád adni cecinit cantavit: 65to ሐደገ Hadj, Hadni, mittere, permittere: 66to ሰቀለ Sekel Székelj afflicti calamitatibus, sic se nominarunt siculi postquam sub posteris Attilæ, fugam capessebant atque afflicti in Transilvania laterent: 67mo አወቀ: Aok Ók: causa, manifestavit: indicavit: 68vo ወለደ Vleda Fæcundus: hoc nomen habuit Frater Attilæ; 69no በወአ Buj ingredi, introire fecit: 70mo ደወየ Dui infirmus, si duæ voces 69 & 70 conjungantur, oritur Nomen Buduj, quod denotat locum, quo infirmi mittuntur ad recuperandam valetudinem, & hinc ortum videtur Nomen Buda ab aquis nempe mineralibus, quarum ope ægri sanitatem acquirebant: 71mo ደስ Dées Tabernaculum e frondibus compositum: 72do

Sakla

ሰቅለ Sakla Szaklatni affligere vexare: 73^{tio} ሐርደለው Herdalu Erdelj Ditio Militaris ሐር Her nempe Miles & Dalu e superioribus notum est, significare Statum Conditionem, Ditionem: 74to ዐለግ alig: vix quidquam: 75to ﺟﺪﻳﺪ ujid: ujitani: renovare parare: Arabicum est: 76to በሂለ Bæhil: Beszél: dicere: loqui: 77mo ተሐዝ tehasz: Gyász: mæror: 78vo ሐለለ Halal: Halál, consumpsit: 79no በዝየ baszi se mutuo conjungere, augere, multiplicàre: 80mo በዘ Bász Venus: 81mo በገመደር Bago mider, nomen provinciæ in Æthiopia, num Oppidi Bagomir hinc nomen duxisse censendum est: 82do ሐወሰ: Havas: mixtus: confusus: 83^{tio} ቄየሕ Kéeh.: Kék color qui atmosphæræ tribuitur, cærulescens. 84to ነየ: nj: Ecce! 85to ሕሰተተ: Histet: Kisded: parvus: 86to ኖር nô: age! 87mo ኖዛየ: nószá: age, veni huc: 88vo መነደግ: Mendeg: Vendég e via divertens: 89no ﻋﺒﺎﺭﺍﺕ Ábrázat vultus Arabicum est: 90mo ፈለሰ feles transplantatio, transpositio, transtulit, transplantavit addito in fine sag & quia in feles, e vocalis obtinet, euphonia requirit ut seg suffigatur, sic orietur vox Feleség, puella translata, transposita, ex alia familia in Uxorem sumpta: 91mo ተሐተ tehát itaque, enim vero: 92do እደገን Idegen alienus. 93^{tio} ጠየቀ Teák: Deak: Studiosus: 94to ገዘኢ: Gaza: Gazda Dominus: 95to ፀገ: Zug: Szug: sonitus ma-

tis

ris, Venti, Hostis: 96to ሐኸሰ : Hanaz, Ház, ædificium Littera N non enuntiatur. 97mo ጠሸየ : Tasi: Taszit, exstinquit, delet, expungit: 98vo ተምለሰ Temles: Tömlötz, locus ubi honi malique, pari ruina in volvuntur: 99no אספרנא : aszporna: Szaporán celeriter, Chaldaicum est: 100mo ኣፓ Apa: Principium, cujusque rei: 101mo ኧሜ Emme, Fæmina mater: Emme-Tyuk Gallina: 102o ተሠየም: Taszim: Teszem: constituere, statuere: 103tio መሸለ: Mesel: Mesélni: narrare: 104to ወሂኸዘ vihez: vizes, Aquæ fluentes: 105to ኣወራሕ varah, Holdvára: Halo Lunæ: 106to هوا Hava: Mensis: temperies: inde Hungaricum, Pünköst-Hava, Szent-György-Hava: &c. 107mo ኣወተረ: Aotar: Hotár: Limes: Chorda: 108vo ሜኧኸዘ: Mæhez: Méhéz Apium Custos: 109no مغیاری Magyari, Persicum est, & significat: Hata: & vices Fortunæ & bene congruit cum Hiunager vide Part. 1am Conject. Cap. 9no 110mo ተለፓየሰ: Talpis: Talpos: Talp: Basis: fundamentum: 111mo ለለየ: Leli: Lelni: accidit 112mo وتسکا: vatzka: situs humilis: Persicum est: 113tio ማየዘ: Mays: jucundum: svave: nomen Turcici tritici: 114to ቁቁሩሰ Kukurutz Capillos produxit, Stamina velut Capilli e Culmis Turcici tritici prominentia, 115to ለኻሰ: Lanza: Lentse: Lens: 116to ቀመረ: Kamara: Fornix: 117mo ቀለም: Kalam: Kalamus: Cala-

lamus: 118vo በተር: Batra, Bot, Baculus 119no پرست paraszt Cultor terræ Persicum est: atis paraszt: Cultores ignis nominare soliti sunt: 120mo ሀይደ: Hajdu: rapax: raptator: 121mo ዐይም: Idüm: Idő, tempus constitutum: certum: Conveniens: aptum rei: Occasio: ዐይመ Idma constitue mihi certum tempus: 122do ፈዘነ: Fazna: Fázni: febricitavit: febre laborat: 123^{tio} ፈገዐ: Fige: Füge: oblecta mentum deliciæ: 124to ፈወሰ: Fuss: evasit incolumis: 125to ፉቀር: Fukari: nimium Studiosi alicujus rei: v. c. Fukari: nawi: Studiosi divitiarum: 126to ጠሪቀ Tarik: Szarik: qui fluxu alvi laborat: 127mo ተጠሪ: Tattári, Tátár: acquirentes facultates: Pecudes: Bona: 128vo ገፐለ: Gapa: Kapni: arcte compressit: strinxit manu, oppressit: vim intulit: impetum in aliquem fecit: 129no ጐየየ: Goya: Golja: Ciconia: fugit: aufugit: 130mo ገደለ Gædele, Luctatus est, colluctatus est: hinc fors nomen Gödele Opp. Princ. Kraszalkovich ad Pest: 131mo ገዘፐ Gaszup Kaszup: Crassus: Spissus: 132do አገዐረ: agyar: agyarkodni: Gemere fecit: ad gemitus impellit: 133^{tio} ገአዘ: Gasz: Gázolni Reprehensionibus uti, alter alterum reprehendit: contendit alius, cum alio: altercati sunt interse: 134to ኀሰተ: Chast: Kastos: miscuit: vel subegit unguentum: vel aliam rem madidam digito: vel manu: 135to በቁዐ: bekuj: Bekesség,

Pro-

Profuit: utile fuit: expediens: 136to ՈԸՈԼ: Barbar: scrutatus est domum, vel sarcinas alicujus more latronum: spoliavit: diripuit: 137mo WⵁԼ: Szavar: Szavarni: infundere: miscere: haurire: 138vo ⵀԿ+Ϙ: Menteve: Mente: Geminatio: duplicatio: Chlamys. 139no ᏰԼᏢ: Tárj: Tár: Possedit pro suo agnovit: in facultatibus suis habuit: Penus: hæc vox ad compositionem multarum vocum in Hungarica Linqua, applicita est: v. c. Tárház Magazinum: Tár-Szekér: Currus Magazinarius: Szo-Tár: Penus verborum: Lexicon: Dictionarium: Tárnok Magazinarius: 140mo Radix 0Φ: Ak: multis Hungaricis vocibus, Ortum dedit: sic etenim 141mo 0Φⵀ: Akam: Akad: Terminum: fines posuit: modum statuit: sepes: sepimentum: finis quibus res circumscripta est: ex quo orta sunt: akadék impedimentum akadálj idem: akadoz: impeditum est: akadas: impeditio: 142do 0ΦΛ: akal: akolj: Locus ubi pecudes ne divagentur, concluduntur: 143^{tio} 0ΦԼ: akor: akar: circumdedit: comprehendit: complexus est: involutus est: hinc ortum est akarat voluntas: quod ille, qui aliquid appetit, quasi impediatur a consvetis, & ad comprehendendum, quod appetit intentus sit. 144to ex eadem Radice 0Φ: ak: est akaszt, appendit: hærere fecit: Akgat: aggat: sensim & per partes appendit: 145to ex eadem Radice derivatur: Akna: canales súbterranei veluti circum-

scri-

scripti: & akó circumscriptus modus vini: 146to ΟΛΦ: alu radix etiam multarum vocum fertilis mater est: significat: fidem fallere: perfidum esse: deficere: transgressus fuit Legem: refractarius fuit Legi: efferre: transferre: conferre: ex una in alteram Linquam vertere: His itaque ex significationibus, deductum est: alnok: perfidus: Alom: somnus: Álmélkodni: in se collectus stupet: Alá: sursum deorsum ferri: Alak: Larva &c. 147mo ΟԼP: Árj: Par: æqualis fuit dignitate: convenit in aliquo cum alio: planam & æquabilem reddidit viam asperam: Exæquavit: parem reddidit: & æqualem, hac de causa in compositionem complurium adhibetur vocum: Ár subula, quod omnia æqualiter penetret: Ár-viz-Viz-Árja: föd-Árja, quod aqua exundans, se ad libellam componat: Arok: Canalis: quod aquæ in Canalibus, æquabiliter ferantur: Árnyék: Umbra: quod similis rei adumbratæ videatur: Árr: pretium: quod emptæ res pretio, exæquentur: Árul: rem quam vendere studet, pretio vult ut exæquetur: &c. 148vo Diadalom compositum est e ΔԿh Dihan & dalom, Dihan incolumes evaserunt: Salvus, incolumis, liber, itaque Diadalom Status liberationis & incolumitatis, post pugnam, grave studium, & curas: victoria: 149no HϽΦ: szegu: conclusit clausit: adjicitur multis vocibus ut Dio-szeg: arboribus Nucis circumdatum oppidum: szamos-szeg: samusio cinctum: kőszeg Lapidibus cin-

cinctum: hinc etiam szeged, locus undique aquis cinctus, Clausus: &c. &c. &c. quod si tot testes non sufficiunt: nec major numerus sufficiet, ut evincam, Linquam Scytharum, Ægyptiorum artibus in Colchide esse cultivatos.

CAPVT X.

Jam in parte 1ma mearum conjecturarum ostendi, Hungaros Pannoniam ingressos, quod adhuc Ægyptiorum Linqua familiarius uterentur, nomina locis imposuisse, quæ solum ex Ægyptiorum Linqua & derivari possunt, & lucem cum significatione accipere, nomina quippe, Munkáts, Kiow: Bulgar: Jasix, Siculus: Hungarus: Scytha: Almus: Aba: &c. nisi Æthiopica Linqua in subsidium vocetur, voces omni significatu carentes, velut scopuli texturam Historiæ interrumpunt. Ut Lectori attento manifestius appareat, quam misere se torqueant, Scriptores antiquitatum, si Linquarum convenientium desit peritia, Descripiionem monumenti in Déés, e Posoniensi Magazino Hungarico, ad Annum 1782 Tom. 2do Part. 1mæ numero 5to heic in Latinum versam sermonem subnecto: „Est nempe oppidum Déés amænæ a natura loci, situationis in Comitatu Medii Szolnok, Principatus Transilvaniæ, quanto

olim

olim Splendore prædita fuerit, disjectorum amplorum Ædificiorum rudera, columnarum frusta, Capitella, magni Lapides quadrati & antiqua quæ superest Ecclesia, abunde testantur. Eminente altoque situatum loco, undæ Szamusii in profundo, per ripam volvuntur Saxosam: est in crepidine hujus altitudinis locus quadratus, amænissimi prospectus, cui nomen Ó-Vár Arx Vetus est: hoc nomen indicare videtur, locum olim munitum fuisse; sed & oppidum ipsum non Déés sed Déés-Vár quod nomen habuerit, e' Decreto Regis Caroli Roberti patet, adferente Nicolao Schmidt in Episcopis Agriensibus Tom. 1mo Pag. 243 & 244 verba sic habent „ significamus tenore præsentium, quibus expedit universis, quod nos ob reverentiam & honorem Virginis gloriosæ, ac Ordinis & Status Ecclesiastici dilectionem, Religiosis viris, & Fratribus Ecclesiæ B. Mariæ de Déés-Vár Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, hanc duximus gratiam perpetuo faciendam, ut singuli currus, ex Déés-Akna Sales in Déés-Vár, ipsis Fratribus Ecclesiæ Beatæ Virginis solvere sive dare teneantur, duos sales" &c. hinc Sæculo 16to alia inter ædificia, Monasterium Augustinorum fuisse, cujus nunc quoque exigua conspiciuntur rudera, certum est: ut vero propius ad illud accedam, quod scribendi occasionem dedit, de Turri nempe institutum est dicere, quæ in loco Ó-Vár dicto, quadrata &

parum alta ab Hungaris Magyar-Kápolnája, Sacellum Hungarorum appellatur, & peregrinis, ut res visu digna ostenditur: Turris in hujus latere Orientali, Lapidi quadrato insculpta sequens cernitur Inscriptio:

Hunnus de Scythicis digressus Sedibus Hospes,
Pannoniæ glebam transfert huc gramen & undam,
Ter Clamans Deus! hac liceat terra potiri,
Desiacamque Dei dixit de nomine terram.

1578.

Hæc Fabius renovat Judex monumenta nepoti
Cum Lucas Desius pascit Ovile Dei.

Cum post ducentos annos iterum ruinam minaretur, denuo reparata est, & in latere Meridionali, in hujus reparationis memoriam, sequentia Lapidi quadrato incisa leguntur.

Magna Theresia, Romanorum Imperatrix
Sceptra tenet, regit, & dum Septem Castra potenter
Interioris item Szolnok, moderatur habenas
Paulus Stirps Comitum atque editus Heroibus Haller,
Supra mille Annos & Septem Sæcula quando
Quinquaginta octo numeraret messis aristas
Restaurat rursus lapsum hoc ætate Sacellum
Ductor Nobilium Bonis, hunc dixere Johannem.

Quod hos versus Dominus Ladislaus Mosa de Sá-

Sáros Berkesz illius temporis in Comitatu interioris Szolnok Judex Nobilium composuerit, traditum est. Traditio sequens apud incolas obtinet. „ Quod Septem Duces Hungarorum Scythia egressi, in Transilvaniam ad locum Déés pervenerint, & tria e Pannonia secum allata in altum levarint, & ternis acclamaverint, vicibus Deus! Deus! Deus! velut gratias acturi, & quod hac de Causa, nomen Deus Civitati impositum sit, quod tamen nunc non Deus, sed Déés enuntiatur. Turrim anno 1578 renovatam esse, traditum tenent, sed jam olim incertum fuisse, & quando & a quibus hoc olim monumentum locatum sit, neque nominis Magyar Kápolnája Originem & a quibus primo usurpatum sit, perspectum habeat. Non procul ab hac turri lapis ostenditur, quadrato oblongus, humanis locatus manibus, in quo Septem Duces consedisse dicuntur. Quod hæc traditio perantiqua sit, annus 1578 ostendit, illo anno monumentum renovatum dicitur, non excitatum primo, appendice id etiam in Disticho indicante. „Hæc Fabius renovat Judex monumenta nepoti" verbum renovat sine dubio significat inscriptionem e quatuor Hexametris „ Hunnus de Scythicis &c. jam olim inscriptam fuisse, sed propterea quod Inscriptio jam vitiari cæperit, renovationem esse decretam. Annus quo hoc monumentum positum est ignoratur, interim occurrit ejus mentio pluribus in Scriptori-

 bus,

bus, ante factam restaurationem, Gasparus nempe Heltey in Chronica Hungarorum, quæ Claudiopoli 1575 in folio edita est, & cui Titulus inscriptus est " az Magyaroknac dolgairul " de Rebus Hungarorum Part. 1ma fol. 222 postquam de monumento Sermonem injecisset, addit " és azt a heljet, az hol, ez lön, nevezec az kiáltas utan Deusnac, meljet mostan Déésnec hivunc " i. e. locum, in quo hæc acta sunt, nominarunt post exclamationem Deus nunc vero Déés dicimus: " sed jam antea anno 1558 in Chronica Mundi, quam Stephanus Székely Cracoviæ vulgavit, folio 151mo sequentia occurrunt " a Heljet pediglen, a holott Deus Kialtnac, Deusrol, Déésnec nevezec ki mint e napiglan, ug hivatatic " i. e. locus vero, ubi Deus, exclamatum est, e Deus, Déés nomen accepit, & hodiedum sic appellatur: " quod vero Autor Chronicæ apud Thurotzium, de hac traditione & monumento ad Déés cognitionem habuerit, Locus testatur Thurotzii in Parte 2da Cap. 3tio qui sic sonat: Arpád vero cum suis de aqua Danubii, cornu implens, ante omnes Hungaros, super illo cornu Clementiam Omnipotentis exoravit: ut Dominus eis, terram in perpetuum concederet, finitis his verbis, Hungari omnes, alta clamarunt voce, Deus! Deus! Deus! tribus vicibus, & ibi inventus est usus, & servatur apud Hungaros usque modo: " Quamvis mihi hoc perantiquum videatur mo-

nu-

numentum, anno tamen jam 990 erectum fuisse, ut Paulus Lisznay id asserit, verosimile non videtur: Editus est Liber ipsius Debretzini 1692 & in titulo habet, Magyarok Chronicája, opus paradoxis multis & præter consvetudinem singularibus refertum. Leguntur Pag. 216ma sequentia " Mikor Szent István Magyar, második Kiralja Uralkodnék, Erdéljben, es Magyar Orszagban, ugy mint 989 — — — 1038dik negyven kilentz Esztendök alatt, akkor az Erdéljben lévô Déési soo aknáknak Præfectusi harman valának, Bela, Rosa és Csiz ezek a Præfectusok, mind azokat a Magyarok dolgait, Historiákbul kj tanulák, a meljeket ide feliebb miis ad Annum C. 750 le iránk, ennek emlekezetére Déés Varasánal egy kö oszlopott emeltenék, akkori Magyari dolgait, mi ez négy következendö Deak versekben, egy Poètával foglaltatták és e kö Osz - lopra A. C. 990 fel metzetîk: Hunnus de Scythicis &c. i. e. Tunc cum Sanctus Stephanus Rex Hungariæ Secundus, Transilvaniæ & Hungariæ Sceptrum teneret, Rei Salinariæ in Decs tres Præfecti præpositi fuerunt, 1mi nomen Bela 2di Rosa 3tii Csiz fuit, hæc ad Annum 750 consignavi. Hi tres antiquarum traditionum gnari, Hungarorum hoc facinus, memoria dignum æstimantes, Monumentum ut locaretur & quatuor versibus ut inscriptio posteros edoceret, effecerunt, Anno Christi 990 Hunus de Scythicis &c. Hujus cum

ira-

traditionis Paulus Lisznay ostendere nequeat Originem, nemo mirabitur, nos & Tria nomina Bela Rosa & Csiz velut Præfectorum nomina, & Annum etiam 990 inter fabulas collocare: hac potissimum inducti ratione, quod credere vix par sit, præfatum Autorem, Manuscripta sæculi decimi aut habuisse aut vidisse: Tres sunt quidem montes in territorio Déés quorum nomina sunt Bela-Hegye Rosa Hegye, Csiz-Hegye & in verticibus horum montium Arces fuisse & traditum est, & rudera demonstrant, Vineæ nunc illis in montibus cultivantur: Quid si Lisznay Montium nomina, in Hominum permutavit nomina, & ad exornandum figmentum, ideam subjecit Præfectorum. Quanto vero in pretio, Hungaris Transilvanis hoc sit monumentum ad Déés, vel inde testatum fit, quod Stephanus Geleji in Opere Albæ Juliæ impresso cui titulus est „Titok titka" Arcanorum arcanum hoc monumentum cum Ara a Jacobo Patriarcha constituta, comparet, Libro enim 1mo Sect. 1ma Cap. 90mo Pag. 449na sequentia exstant verba „Fel serkenvén (Jakob) monda, melj rettenetes ez a hely, ha nem Isten háza, a melj szora képest, hiva ennek a heljnek nevét, Bethelnek, Isten házának — — melj ma sem szintén szűnt ez a szokás meg, meljre sok példakot hordhadnék öszve, ha illendo és szökséges volna, Déés várost, arrol neveztek volt a mi Scythiabol ki jött régi Magyar Eleink, Deusnak Isten-

nek,

nek, mert oit kialtottak, volt haromszor, Deus! Deus! Deus! *ha igaz amaz régi, meg uijitott monumentum kö oszlopon valo irás*, nolia immar mostan az Ut — E — vé valtoztatván Déésnek hivják " i. e. experrectus dixit (Jacob) quam terribilis locus iste, non est, nisi Domus Dei, & ductu horum verborum, dedit loco, nomen Bethel i. e. Domus Dei: qui modus nunc etiam observatur, quod multis exemplis clarum facerem, si id conveniens aut necessum foret: Dees Civitatem nostri e Scythia oriundi Hungari Deus nomine insigniverunt, ob ternam acclamationem Deus! Deus! Deus! si tamen *perantiquum monumentum renovatum & ejus inscriptio* non fallunt quamvis modo Littera U in E mutata Dées enuntietur: „ Multa cum prudentia & circum. spectione addidit Geleji, si tamen inscriptio & monumentum non fallunt: nam fabulosa admixta esse, certum est, hoc largiendum Inscriptioni puto, Hungaros, Pannonia subacta, victricibus armis Transilvaniam quæsivisse, hæc illis consentiunt, quæ ab anonymo Belæ Regis notario traduntur, nec de eo Lis instituitur, quæ de Gramine, gleba, aqua dicuntur: nam apud Thurotzium Parte 2da Cap. 3tio exponitur " quod Árpád suos per Legatos a Svatoplug Rege, Portionem terræ, Herbæ pauxillum, & aquæ aliquantulum expeti voluerit, & postquam hæc tria obtinuisset simbolis quasi cessionis de Regno usus, totam Hunga-

riam

riam armis velut jam legitimis sibi subjecit: locus in Thurotzio sic sonat" Nuncius ergo impetravit, ibi a Duce, Terram, Herbam, & aquam ,, & paulo post sequitur declaratio, quam Árpád, Suatoplugo obnuntiari jussit " Terram, Herbam & Aquam concessisti — — — si ergo Terram Herbam & Aquam habent (Hungari) totum habent ,, nihil his in assertis incredibile mihi videtur, cum perspectum habeam, & alios populos Orientales, quales & Hungari sunt, solitos esse ab antiquissimis temporibus, cum provinciam occupare vellent, aut bellum susciperent, nuntiis missis terram & aquam petere: quod si postulato satisfieret, nil cunctati Provinciam, quæ velut sponte se subjecisset, occuparunt, quod si facere nollent, armorum periculo se Dominos efficere conabantur: Exempla hujus moris apud Herodotum quam plurima exstant, illud de Dario Libro 6to hic locum meretur, narrat nempe, cum Darius certo pernosse averet, an Bellum Græcis magis, quam deditio in animo esset, in diversas Græciæ Urbes Legatos misit, qui terram & aquam peterent, de Xerxe Rege Persarum, narrat Diodorus Siculus, Lib. 11mo Cap. 2do ut Sardes venit, nuntios in Græciam misit, præcipiens ut omnes obirent Urbes, & terram & aquam sibi expeterent. Cum horum nuntiorum unus ad Bellicosos venisset Spartanos, & terram & aquam petiisset, correptum in puteum miserunt,

&

& terram super ingesserunt, Regique illudentes significarunt, se nuntio, quæ petiisset dedisse: " hæc etiam narrat Polybius Libro 9no Cap. 32do huc quoque locus Livii memoria dignus Lib. 35ti Cap. 32do pertinet „ Initium ait semper per Jus, injusta impetrandi fieri, nisi crederent Persas, cum aquam terramque a Lacedæmoniis petierunt, Gleba terræ, & haustu aquæ eguisse " & hinc apparet, quomodo Himerius in Polemarchico, Pag. 46ta dixerit „ Terram & aquam δυλείας συμβολα " signa esse servitutis „ & Aristoteles Rhetoric. Lib. 2do Cap. 23tio §. 67mo scripserit, ότε τὸ διδουαι Γήν καὶ ὕδωρ, δυλευειν ἐστὶ " quod terram & aquam tradere, servitutem profiteri significet. „ Hinc Lapidi versus incisi " Pannoniæ glebam transfert, huc gramen & undam, hoc denotat Hungaros Pannonia subacta, victribus armis in Transilvaniam appulisse, hæc vero similia sunt, sed reliqui duo versus, de terna exclamatione, Latina in Linqua, Deus! Deus! Deus! nullam fidem mereri videntur: Quis? enim credat, rudem Populum, sine moribus & idolatram, Linquæ Latinæ habuisse cognitionem, quis id dicere sustineat? Hungaros sub Arpado Usum Linquæ Latinæ tam familiarem habuisse, ut oborto Enthusiasmo, non sua, sed Latina Linqua Deo gratias agerent, ter exclamato Deus! sed & aliæ rationes, nobis hoc ter repetitum Deus! valde suspectum faciunt, Scriptores vi-

de-

delicet Chronicorum ævi medii, ut plurimum Monachi fuerunt, Arte Critica multum destituti, & qui suo scopo utilia, quadam inducti æconomia, veris prætulisse sæpissime, compertum est: exempla hujus fingendi licentiæ in Scriptoris medii ævi infinita propemodum sunt: & verosimile est, hanc ternam exclamationem hoc e fonte pululasse: Monachus de loco fors sollicitus, quo de SS. Trinitate utiliter faceret mentionem, hoc elegisse monumentum? Hungaros vero idololatras non cristianos fuisse certum videtur: de SS. hinc Trinitate quomodo instructi esse potuerint, non patet, quia doctrina de SS. Trinitate Mysterium est, rationem superans, sed his diutius immorari tædet, præsertim cum ineptiam fabulæ cuilibet, in aprico locatum censeam, propterea tamen quod traditio de nomine Déés perantiqua sit, circumspiciendum puto, unde hoc nomen suam acceperit Originem: perantiquum & illud est in traditione a Deus nomen esse derivatum, & hinc vix apparet, quomodo hæc traditio rejici possit, nec id volo, scio quippe, partem veri latere in traditionibus antiquis, quæ per varios casus alterationes subire potuit: sum proinde illius opinionis, nomen Civitatis Déés a Deus derivandum esse, sed non ab illa fabulosa & suspecta terna exclamatione, sed inde quod observem, arcibus in Hungaria nomina suorum fundatorum imposita fuisse, hoc sic esse, ostendunt

no-

nomina, Abuj-Var, Borsod, Csanád, Csák-Var, Hont, Szabolts, & multa alia, hoc idem in Déésvár obtinere potuisse conjicio, ejusque fundatorem nomen Deus habuisse: prima fronte multis, hoc mirabile futurum conjicio, fieri potuisse, ut nomen Deus, nomen Hominis essèt, sed id olim apud antecessores nostros insvetum non fuisse, ut in Baptismo nomina mira nobis, & extra ordinaria imponerent: nomen Angelus frequenter usuvenisse sequentia monstrant exempla: apud B. M. Belium in ritu explorandæ veritatis per judicium ferri candentis, in apparatu ad Historiam Hungariæ §. 253. Pag. 246. legitur: Jobagyones Castri Zounuk, impetiverunt quendam nomine Angelus, — — ubi non esset, prædictus Angelus ferrum portare paratus &c. & §. 179. Pag. 232 Nicolaus filius Angelus impetiit Juan &c. postea vero, §. 285. Pag. 252. dixit se litigasse coram Angelo, Curiali de Zounuc: aliis in Sacro fonte nomen est impositum Servus Dei, perhibentibus verbis apud præfatum authorem, §. 144. Pag. 226. Judice Servo Dei, Curiali Comite de Zobolch &c. & §. 363. Pag. 268. discutiens per Pristaldum Servus Dei &c. alii nomen Sanctus habuerunt ut §. 79. Pag. 210. videri potest „ Civiles Castri Borsod, scilicet Mauritius Petur, Chyul de villa, Oym: & Martinus Hodnog, Sanctus centurio, Petrus Urbis Præfectus, &c. sunt exempla, Patrem Sanctus, filium Deus nomen

men aliquando habuisse, §. nempe 311. legimus Deus, Filius Sancti, de villa inferioris Quer, impetiit convillanum suum Joannem Joubagyonem Hus pro furto: alter nomine Deus §. 208. Pag. 236. occurrit, hæc juxta verba " Anno I. D. 1217 Bichorienses de centuriatu sæculzáz — — — impetiverunt quendam liberum hominem, nomine Deus dicentes, quod eorum esset, concivis, Deus autem dixit, se liberum esse omnino — — — qui cum præfatum Deum & ipsi Castrenses dixissent — — prædictum Deum liberum esse denuntiavit: certum hinc est nomen Deus apud Hungaros in usu fuisse: in aliis Decretis nomen Homo Deus aliquibus fuisse, legitur: hinc mihi vero simile videtur nomen Déés Vár, non aliunde derivatum fuisse, quam quod fundator Arcis nomen Deus habuerit, & primo quidem tempore Deus-Vár, post evolutis Annis Déésvár dictum fuisse; eadem ratione qua Gyula-Fehér-Vár, Ab-uj-Vár Csak-Vár, Heder-Vár, Miklos-Vár, & innumeræ aliæ, ostendatur mihi hujus opinionis absurditas! de judice Fabio fors aliqua adjici poterant & Parocho Luca Dési, cujus utriusque in Disticho connexo mentio fit, sed quod similia solis civibus in Déés grata esse possint, non abutar Lectoris patientia.

M. Daniel Cornides.

Fidem ne? fabulæ largiemur, quæ de Originibus pagi Benedek prope ad Déés situati,

sol-

sollicita fuit: ingeniolo suo freti, & solido judicio destituti Historici — — non enim similia insecta in horto Historiæ, ut reliquæ Litteraturæ, desunt, traditionem sequentem exornant; Amicum Hungarorum Clandestinum, cum in hæc loca pervenisset, tanta animi lætitia abreptum fuisse, ut exclamaret „ Deus Benedic" hoc verbo, commotum esse Hungarorum in tantam Pietatem, ut Civitati nomen Deus, vicino vero Pago nomen Benedic imponerent; tantam Linquæ Latinæ peritiam, unde eximius Vir supponere potuit incertum est.

CAPVT XI.

Hoc exemplo edocemur, quam omnis sermo de Antiquitatibus si necessaria desint subsidia, in conjecturas desinat, quæ mero ex arbitrio Scriptorum natæ sunt, quærimus Originem nominis Déés: & longo errore vocabulum Deus persequimur, & in fine, nil producitur, quod edoceat, quando vel Deus vel Déés cæperit, & a quo impositum sit: Latini Sermonis Usum in Oris circa Pontum Euxinum nullum fuisse, testis est, Ovidius, in Libris tristium ait „ Nesciaque est vocis, quod barbara Linqua Latinæ" Grajaque quod Getico victa loquela sono — — — mixta sit hæc quamvis, inter Grajosque

Ge-

Getasque, a male pacatis plus trahit illa Getis: — — in paucis remanent, Grajæ vestigia Linquæ, hæc quoque jam Getico barbara facta sono, unus in hoc Populo, nemo est, qui forte Latine, quælibet e medio, reddere verba queat, — — jam desuetudine longa, vix subeunt ipsi verba Latina mihi: „ Capite 1mo e Plinio didicimus, Romanos per centum triginta interpretes, negotia sua in Colchide administrasse, quod si tam familiaris fuisset sermo Latinus, ut integer exercitus, quod Clamaret, intelligeret, tantus interpretum numerus superfluus fuisset, nisi putemus, exercitum Linqua Latina institutum fuisse, reliqua parte nationis penitus neglecta: quod vero nomina concernit, Deus, Angelus, Servus Dei, circa Sæculum decimum tertium imposita fuisse, e Decretis certum est, ævo S. Stephani, Cristianismus arctis adhuc stabat limitibus, & Episcopi longinquis e Provinciis, clam se insinuarunt, ad Baptismi functiones, metuentes & pro summo beneficio, Martyrium subeundum esset, his addendum est, hac parte conjecturarum ostensum esse bonam partem Nationis Hungaræ, Sæculo adhuc duodecimo ritibus Æthiopicis suum exercuisse Cristianismum, hac in parte nationis itaque non Latina sunt imposita nomina, sed Linqua in illa, quam e Colchide secum adtulerunt: His itaque justis de causis, relinquendas puto, illi ævo non convenientes nomi-

nis

nis Déés explicationes, & Hungaros sua Linqua Patria exclamare patiamur Déés! Déés! Déés! quod in Linqua Ægyptiorum vide numerum 72mum tabernaculum e frondibus constructum significat: nunc non verosimile est, Hungaros eum ad locum pervenissent, Silvis undique cinctum, amænissimi prospectus, cui imediate vallis subjecta esse ampla per quam in imo Szamusii aquæ inter Saxa luctantes pulcherrimum absolvunt gyrum, magna animi lætitia delibutos esse, & id accidisse, quod Petro legimus apud Mathæum Cap 17. versu 4to: qui in Monte summa jucunditate abreptus, exclamavit, Domine! bonum est nobis hic habitare, si vis faciamus hic tria Tabernacula, Tibi unum, Moysi unum & Eliæ unum" sic Hungaros laboribus fessos & longo itinere, conspecta opportunitate loci, & situationis amænitate incitatos, summa cum lætitia proclamasse Déés! Déés! Déés! Tabernacula Tabernacula hic excitemus, & hic moras agamus. Quod si huic enodationi fidem habeamus nomen Deus in Déés mutandum non est, sed apparet, illud Deus, inventum esse alicujus medii ævi Scriptoris, qui non intellectum Déés, utilitate etiam id suadente, in Deus permutavit, & hac ratione successoribus in quæstione, quomodo e Deus, Déés natum sit, litis & disputationum amplissimum aperuit campum.

CAPVT XII.

Nemo satis id mirari queat, ob quam rationem Eruditi, cum Hungaros Scythicæ esse originis agnoscant, & Characterem Orientalem in Natione superesse non negent, tamen potius ad Septentrionem abeant, & in illis Regionibus habitantium Populorum Linquas scrutentur: quod si forte hinc inde sonum aliquem convenientem cum Linqua Hungarica deprehendant, aut litteras vocum finales, in inflexionibus verborum & nominum, hinc inde similitudines sentiant, Linquam extemplo Hungaricam sobolem, illarum nationum esse putent: Populorum vero Scythicorum Linquas, qui Orienti viciniores sunt suo examine plane indignas æstiment: quod ego Eruditorum partium studium, & veritati & Litteraturæ pernoxium judico: Hac de causa, ne in tam vasto terrarum tractu aberremus de limitibus Scythiæ quibus olim comprehensa fuit, ut Cluverium audiamus, Operæ pretium est, docet ille Pag. 415. sequentia „ Scythia Asiatica fines habet, ab occasu eosdem quos ipsa Europa; & Asia, ab Septentrione Mare Scythicum, sive concretum ad Tabin usque promontorium, ab Ortu Mare Eoum, & Auxatios, Casiosque montes, quibus a Serica

ho-

hodie Catajæ Regno disterminatur: a Meridie Emodos Montes, quibus ab Indiis, & Sogdia Oxyaque Juga, quibus a Persarum submovetur imperio, dein Mare Caspium, mox Caucasum montem, quo ab Albania, & Coracem, quo ab Iberia & Colchide separatur: Fluvii Schythiæ Obius, Parapomisus, Jaxartes, nunc Chesel, Rha nunc Volga & Edel in mare Hyrcanum prorumpentes: & Pag. 374. Peucestæ & Troglodytæ, Scythicæ gentes, infimam quippe inferioris Mæsiæ partem, quæ ad Pontum accedit Scythæ tenuerunt, quorum pars validissima Getæ, ad utramque Danubii ripam, hinc in Mæsos illinc in Dacos transeuntes & Pag. 377. trans Istrum, Mæsis contermina est, Scytharum gens omnium toto Orbe vastissima, quippe ex Mæsia inferiori in Asiam ad Tabin usque Promontorium, & Fretum Anian, longitudine terrarum, milliarium germanicorum mille, amplius occupat, latitudine vero ab Oceano Septentrionali ad Caucasum montem fontesque Indi fluminis milliaribus Germanicis circiter sexaginta." Hac e Scythiæ situatione quæ a meridie in Septentrionem usque porrigitur, vel e solo Climatis influxu soli & aquarum diversitatibus, longe a se diversos Populorum Characteres oriri necessum est, & testatum reddunt, illi suorum itinerum Scriptores, qui varios Populos ab uno Polo ad alium attentius speculati sunt, in parte prima mearum Conje-

ctorum, ostendere conatus sum, Nationem Hungaram, ita typum & Characteres Orientalium Populorum præseferre, ut frons, oculi, vultus, inclinationes animi, instituta Civilia & domestica, adhuc hodie suam demonstrent Originem, & vel ideo, etiam Linquam Hungarorum cum omnis mollitudinis & amænitatis Orientalium capax sit sua incunabula in illa parte Scythiæ accepisse, quæ Orienti vicinior esset, & propterea non ad Fennos & Lappones eundum, ut ejus expiscemur Origines, sed potius Turcas, & vicinos Turcis Tartaros esse quid & qua Linqua loquantur audiendos: Samuel quoque Turkolyi in Epistola sua ad Amicos, suo hoc probat testimonio, cum inquit: a' mint pedig a' Magyar Kalendariom irja: hogy 445 Esztendőben, a' Magyarok visza tértek Scythiaba, ezen Magyarok le telepedtek a' Krimi Tatárok között, most is Krimben a' Tatár Khán protectioja alatt, hét Magyar faluk vannak; a' meljekben Magyarul beszélnek, és azon falukban voltam is: oljan Ország pedig a' hol Magyarul beszélnének tôbb a' mi Magyar Országunknál nints: i. e. ut e Hungarico habetur Calendario, quod Hungari 445 Anno in Scythiam reversi sint, illi Hungari in Crimæa sedes fixerunt, & sub Chani Tartarorum protectione Septem Pagi Hungaræ Nationis existunt, quibus in Pagis Hungarica utuntur Linqua, eram illis in Pagis, Regnum aliud nullum quod

Hun-

Hungarica Linqua uteretur, existit præter nostrum: quod si Hungari, Lapponicæ fuissent Originis, in reditu fuga trepidatione, non versus Meridiem sed in Septentrionem ad suos se recepissent, clarum itaque est littora Ponti Euxini, Scythis istis fugientibus notiora fuisse, quam illa maris glacialis. Omnibus his expensis, sequi videtur necessario, quod si in Linquis Scythiæ Orientalibus, voces occurrunt, in Linqua Hungarica consvetæ, omnem eas attentionem præferenter mereri: Quod si a meo instituto longius aberrare vellem, longum possem attexere Elenchum vocum Turcicarum & Tartaricarum, quæ eodem sono, easdem prorsus habeant significationes, quod si Lector attentus horum desiderio tenetur, adeat Grammaticam Hungaricam a Societate Litteratorum Debretzini elaboratam, inveniet ad Calcem Operis, quo suam sciendi sitim explere possit.

CAPVT XIII.

Quantumvis de Originibus, Prima sede & Linqua Hungarorum, illius sim Sententiæ, quam hucusque defendi, non tamen illos Eruditos qui alia, quam ego via, antiquitatibus Hunga-

riæ lucem adspergere conati sunt, vanum puto, aut inanem suscepisse laborem, vellem potius optoque, ut plures adhuc Eruditi Linquas, quæ circa Chersonesum Tauricam, Pontum Euxinum usque in Syriam, Linquas Armenorum, Georgiæ, Persarum, & Sinensium examinare instituerent, sic enim veritati, ne nobis effugiat cum undique occurremus, omnem latendi excutiemus occasionem: non enim desunt, ut modo laudati Grammaticæ Hungaricæ compositores Debretzini affirmant, aliarum quoque Linquarum tam Orientalium, quam Occidentalium voces in penu Linquæ Hungaricæ, sed hóc examinandum veniret, num hæ ipsæ voces Origine sua vere Occidentales sint, & non ab Orientalibus mutuatæ, in usum tractæ sint, Cl. Maurer in Linqua Germanica, latere ait, voces Ægyptiacas, Æthiopicas, variarum in Africa Nationum, Americanas, Arabicas, Turcicas, Armeniacas, Variorum Asiæ populorum, Bengalis consvetas, Hebraicas, Teuto-Judaicas, Malabaricas, Malajicas, Mexicanas, Persicas, Chinenses, Syras, & in Virginia solemnes, Danicas, Anglicas, Gallicas, Græcas, Hollandicas, Islandicas, Italicas, Latinas, Portugallis frequentatas, Russicas, Sarmaticas, Svecis usitatas, Hispanicas, Hungaricas, Cl. vero Paulini Latina in Linqua latere multarum Orientalium, præcipue vero Persicas & Samserdanicas voces, testatus est: similia de Hungari-

ca

ca Linqua jam prope est ut demonstrare valeamus, dummodo Eruditi, quam in Concinnandas Grammaticas & Dictionaria impendunt Operam, huc potius converterent, ut accurate constet, quid sit in Linqua Hungarica Originale, quid? Heterogeneum: his absolutis dein primum Dictionaria, & postea Grammaticæ elaborandæ venient: quod ni fiet, præpostero Ordine conabuntur, aut non recte præparatis e materialibus, aut suspectis etiam, ædificium ponere, & arbitrio moti & ambitione in Linquam Tyranidem exercere: ac verendum maxime est, ne tam præcipitatos & non maturos labores, multoties quidem recoctam crambem, sed nihilominus támen crambem esse, posteritas nostra judicet. Quod si placeret Eruditis Hungariæ, hunc in finem quem modo proposui, suas conferre Ingenii Vires, non solum Linqua Patria, firmis & constantibus staret Legibus, sed præterea, ad Problema solvendum, quomodo in Universum, Linqua apud Homines nata sit, suam adferent simbolam, evincaturque, rudes primum, & nullis litteris efferendos sonos, per instituta Socialia, Commercium, Bella, Nationum migrationes, Colonias, sensim ita politos esse, ut Litterarum se accomodarent præceptis, & agnoscent, nullam Linquam esse Originalem, sed omnes temporis & Occasionum esse filias, hac e Lege nec Ægyptiam, nec Hebræam, nec Græcam, nec

aliam

aliam quamcunque, quæ scribi potest, aut scripta est, excipi Linquam: non itaque pigeat, Labor quamvis sit improbus, Stamine Linquæ omnia in examen vocare, quod sic Philologico tribuetur Studio, certo certius posteritatis nostræ, laudem, encomium & nostri Sæculi commendationem emerebitur.

Károly 1805. *Die* 12. *Januarii.*

ERRATA

IIdæ PARTIS CONJECTURARUM.

		Lege:
In Titulo	Linqua	Lingua
— *Epigraphe*	μανδανοντας	μανθανοντας
— —	Χρηθαη	χρῆσθαι
— —	αί	καὶ
— *Praefat. Pag.* 5 *L.* 16	Linquas	Linguas
— *Titulo Cap.* 11	Aegyptii	Aegypti
Pag. 2 *Lin.* 26	Κοβίος	Κυβίος
— 4 *Cap.* 2 *Lin.* 3	corrumpant	corrumpunt
— 5 *Lin.* 4	quam	quum
— — — 18	quem	quum
— — — 24	Linqua	Lingua
Pag. 7 *L.* 9	clarum fiet ſcriptores	clarum fiet quod ſcriptores
— 10 *L.* 15	occultantes	occultantis
— 12 — 15	Lapidem	Lapidea
— 14 *L.* 4	etiam in convenientibus	etiam convenientibus
— 15 — 15	δίφυῆς	δίφυς
— 20 — 20	non Agyptii	nam Aegyptii
— 21 — 4	floruiſſe, in hodiernem	floruiſſe, ut in hodiernam
— 23 — 17	Jazygas	Jazyges
— — — 19	Conjucturarum	Conjecturarum
— 31 — 10	Sanquis	Sanguis
— 32 — 25	abceſſu	abſceſſu
— 36 — 25	שבה	עזגה
— — — 29	הרבל	הרכל
— 37 — 27	מבן	מָנַן
— — — 28	מבה	מנה
— — — 29	עירפרין	שִׁרְפֵּדִן
— — — 30	הזראפא	חִזְראפא

P. 3-


CONJECTVRARVM

DE

ORIGINE, PRIMA SEDE, ET LINQVA

HVNGARORVM.

PARS ALTERA.



BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS PESTANAE.

1805.

ILLUSTRISSIME
DOMINE COMES!

Stabat forte vitis proceram amplexata Ulmum, et pluribus attenta temporis circum volutionibus, illud socii, quid sibi velit, tacitum vegetare, florescere, fructus nullos proferre, intelligere nequivit, sua cum inspiceret, heic vegetatio multa, flores pauci, fructus uberrimi, quibus visis et hospes et viator laeti hilarisque animi promerent indicia, caepit haec sua bona nimium speculata, altiora sapere, sociique muti res despicere secundas, et cum nullus affectus ubi primum caepit, subsistit sed longiuscule

eva-

evagari soleat mox etiam tam inaequalem sibi amplexari, odiosum habuit, tacitisque caepit votis appetere, si posset solutis vinculis, a socio cujus jam fastidium subiit, libera esse; dedit fortuna, nam exorta furiosa tempestate, ulmus turbine levata, non sine gravibus vitis vellicationibus in terram prona praecipitata est, postquam vis tempestatis deferbuit, terror abiit, et quae plorabant racemorum distractae partes coalescerent, redierunt antiquorum somnia! Et en! ait libera sum, elevabo me, et pro-

priis

priis stabo nixa viribus, tentavit saepe, multum, sed tristi infelicique conamine, tandem fassa est, aliqua tam tenerae esse naturae, ut nisi defendantur, protegantur, contra adversa muniantur, existere non posse. Hic est status Litterarum, et Litteraturae Illustrissime Comes! in Comitatu Szatthmariensi, nisi Karolyiana vis fuisset, quam Cimmeriae hic ubique tenebrae! quodcunque lucis est, id Progenitoribus TUIS, id Alexandro, Francisco, Magno Patri TUO Antonio, Tibique, qui non cessas

ve-

vestigia tam magnifica naturali ad magna nati animi indole indefessus lustrare, debetur: Noli propterea, hisce paginis Tuum nomen praefixum esse mirari, nil aliud est quam publica confessio, me quod sim, quod vita non prorsus indelectabili (a triginta prope annis) in Comitatu Szatthmár, et quod officii fuit agere, et Litteris praeterea, quae erant taedia, tolerabiliora reddere potuerim, id totum primo non sat laudando Patri TUO, cujus animus ad expediendas Res Humanitatis in difficili sitas perpetuo

ver-

versabatur, qui magnis exemplis, in aula Magnae Theresiae Maximae Reginae enutritus, nil nisi quod in publica commoda, utile existimaret, faciebat, postea certe TIBI Illustrissime Comes! qui potenti me manu in turbine locatum protexisti, et vitam privatam uti Pater Tuus, amplissimis beneficiis exornasti, et in dies exornas, in gratiis habendum esse testor, et me, dum optimis votis, ut Domus, cujus magni Nominis et avitarum virtutum Haeres es, et Successor, a Deo T. O. M. quam diutis-

tissime conservetur, huc devotus insero, expertis amplissimisque TUIS gratiis commendo

Illustrissime Comes

Cliens & Servus TIBI
devotissimus

Karolini 1802

FERDINANDUS THOMAS
M. D. & IC. Szatthmár O. P.

Joannes Chrysostomus Hannulik e Scholis Piis Arcas Romanus, ac Plurium Eruditarum Societatum Membrum.

Ad Ferdinandum Thomas Medicinae Doctorem, et Inclyti Comit. Szathmár Ordinarium Physicum cum ei praesentem libellum legendum dedisset Anno 1802.

Dum mersus vigilas *Thomas* doctissime libris,
  Nilque tibi præter talia vota placet.
Dum vice divisa ad medicas converteris artes,
  Et linguas, oriens quas venerandus habet.
Incidit, Hungaricas illis compònere voces,
  Quamque affine simul, quærere, fœdus habent.
En! consanguinei deprendis vincula labri,
  Atque nova ducis de regione Scythas.
Hæc ego dum legi, tua conjectura placebat,
  Non sum etenim fastu, qui nova cuncta petam.
Dixi: concilient rerum momenta tuarum,
  Historici, ac æquo dent sua sensa Jove.

Mu-

Musa tibi meritos mea carmine dicit honores,
Vis cui nota animæ est, fertilitasque tuæ.
Ingeniumque illud Grajo, Latioque politum.
Spiritu, & insani mens inimica doli.
Et fugiens tinctum nigro livore Malignum,
Quæ pestis fertur de Stygis orta sinu.
I! *Thomas*, multis quia te Natura polivit
Dotibus, i! Patriis addere rebus opem.
Et modo scribe Hunnos, modo tange Machaonis artes,
Nam partem utiliter prorsus utramque moves.
Quosque paras iterum luci donare libellos,
Sub lare privato ne patiare diu.
Non illi in lucem venient cum laude minori,
Quam qui judicium nunc meruêre meum.
Hos etenim mihi porrexti *Fernand*e legendos,
Qui bis perlecti, bis placuere, vale.

L. B.

Qua late patet Asia a Ponto Euxino usque in Chinam per totum Imperium Russicum & omnem Tartariam, sedes Hungarorum assignantur, quod si doctas lucubrationes quis serio evolvat, tanta telluris spatia viros clarissimos, sine magnete mappisque emensos fuisse ex omni narratione, quam in medium adferunt, evidentissime patet: quod ne mihi experiendum esset, ut post multos errores, diuturnasque mentis evagationes, tandem si quæreretur, ubi fuerim, quod respondeam, non esset, primo statim tempore, ut olim astronomi, Hypothesim certam amplectendam destinavi, & posita clara in luce Hypothesi, investigare omnia illa, quæ cum illa Hypothesi quamcunque habent relationem, an aliqua ratio-

ne

ne conveniant? an plane diversum significent? Quod si Cl. Bossueto cum laude licuit ex universa Historia Providentiæ Iter in conservationem Populi Hebræorum demonstrare, quid mihi obesse potest, ex antiquissima traditione sparsa vix agnoscenda vestigia colligere, collecta conjungere, & conjuncta ad unam Hypothesim examinare, ego quidem B. L. sic utrique nostrum prospectum judico, mihi positi sunt limites per Hypothesim, quos migrasse turpe fuerit, Tibi vero jam perspectis aliorum Eruditorum lucubrationibus facilius erit æqua lance expendere, an hæc Hypothesis historica, pondus & internum habeat valorem? an vero inanis sit Bulla, speciem habens, prætereaque nihil? Occasio condendæ Hypothesis hæc fuit, cum Tomum I^um^ Cl. Katona Compendium scilicet Historiæ Hungariæ, diligentius evolverem, nomina hominum, locorum, fluviorum, multum dabant negotii, præcipue cum ipse Cl. Author moneat, se quid sibi velint nescire; proinde mentem subiit tentare, an


non

non aliqua lingua vel Europæa, vel Orientalis lucem adferre posset, frustra quæsitum est diu, donec cum forte Aethiopicis me exercere cæpissem litteris, quæ in aliis linguis frustra quæsivissem, hic sponte se offerrent, attentior per aliquot experimenta redditus, cæpi invocare genium Nationis, nec videbatur is meis conjecturis adversaturus, nil itaque cunctatus, ut quidam Columbus, qua auras mihi convenientes expertus sum, illuc proram verti, & quæ detexi, hæc sunt. Nationem Hungaram nulli Nationum, quæ a Ponto Euxino, mari Caspio in Chinam usque per Russiam Tartariam totam habitant, & sedes fixerunt, esse similem, aut indole, aut moribus, aut institutis Politicis, vel Musica, vel Saltu, vel Lingva; in his vero omnibus aliquid habere proprium, sub melancholicum cum quadam elegantia, quod illam ab omnibus Vicinis, & procul dissitis etiam per Asiam Populis, ut plantam e longinqua terra translatam distinguit, habere porro nil illius belluinæ ferocitatis, quæ sine omni

in-

inclinatione ad sociales virtutes, qua animus fert, ruit, vastat, incendio delet, imo ab antiquissimis temporibus, humanitatem ornantium virtutum luculenta dedisse specimina; nunquam ingenio minor vicinis visa, militari vero virtute sæpe numero etiam multo superior. Has si proprietates per omnes populos comparandi causa circum feras, nullibi tot Charactéres similitudinis, notas nationalis indolis, deprehendere licebit; quam si Aegyptum juxta examines, cuncta Civilia, Politica Hungarorum instituta invenias, ac domi Te versari autumes. Ad quæ demonstranda aut potius ostendenda cum accedo, Tu Lector Benevole si placeo, plaudito, sin meliora nosti doceto. Vale.

CA-



CAPVT I.

AEGYPTUS in sacris Paginis nomine Regni CHAM insignitur, quod nomen ab æstu climatis desumtum esse significatio vocis docet, apud Philologos tritissimum est, omnia nomina rebus vel animatis, vel inanimatis imposita, significationem alicujus circumstantiæ, relationis inducere, quod e Scriptura Sacra ab exordio, ad finem usque, infinitis exemplis testatum est; sed præterea occurrunt unius ejusdem rei, personæ plura nomina, quæ alii & alii, ob certas circumstantias, proprietates, relationes nunc demum initas imposuerunt, vel ad encomium, vel vituperium, vel ad terrorem, aut æstimationem sibi conciliandam, & Ornamenta sibi undique corradente Philautia, repererunt. Sic Aegyptus quoque MITZRAIM

a pro-

probabilius a malis, & inimico animo, quo erga Hebræos visi sunt agere; alio nomine MISZRAIM, quod spurios significat, in contumeliam insigniri videtur; Aegyptus vero a suis incolis & Coptis omnibus CHEM nuncupatur: est autem CHEM (vide Ludolfi Dictionarium) particula, quæ cum aliis conjuncta varia significat; primo enim vim habet verbi substantivi, sum, fui, & quidem cum Emphasi quadam, ille, ipse, idem, fuit; ut de Deo dicitur, a seculo, & usque in seculum (ant chem) idem fuisti seu es; ut itaque & hoc Athenienses ab Aegyptiis habuisse videantur quod se (αυτοχθωνας) ex illa terra natos, idest, semper se fuisse nominarunt. CHEMI nil aliud est, quam illud (αυτοχθων) semper nempe fuimus, quo nomine antiquitatem Gentis suæ, pulcre, & vere significant. Nomen vero Aegyptus capite Aegyptiaco cauda Grecum est, ex Aegisz libertas, sua regio Aethiopibus BAHIR Aegyiszi i: e: Regio liberorum nuncupatur, huic Aegiz videntur Græci suum (πτος α πτοεω) admiror vehementer, adjecisse, ut & illum libertatis amorem, quem in Gente deprehendebant, & simul omnia instituta reliqua Civilia Politica se multum æstimare significarent. De antiquitate vero vel solæ Pyramides, quam evidens præbent Testimonium, quid mirabilius? ad basim Pyramidum, ad latera Pyramidum, producta marina deprehendi, conchas, animalium ossa,

quæ

quæ nullibi nisi in maris fundo detegi, & existere possunt; sed & Diodorus Siculus mille annos ante suam Aeram largitur illis, Herodotus antiquissimas, & suo tempore jam ignotis authoribus fuisse narrat, Plinius ut vanitatis humanæ præcipua exempla proponit, cum monumenta ad æternitatem nominis posita, ab interitu nominis, Authores suos vindicare non potuerint, etiam Thebarum & Hebron Urbes ante diluviana tempora praecessisse, si Chronologiæ credendum, videantur.

CAPVT II.

Erant in Aegypto Status regni tres; *Rex, Sacerdos*, *Miles:* hos inter terra omnis divisa fuit. Artes & Opifices, Agricultor, & Pastor, a proprietariis terræ dependere debuerunt. Regnum totum in *Nomos* (Vármegye) divisum fuit, singulisque *Nomarchae* (Fő Ispány) præfecti erant, qui Regiorum Vectigalium curam gererent, & suo quisque loco cuncta administraret: dati sunt *Nomarchis* agri, & reditus, ut nulla re indigerent, bellicisque tantum negotiis exercitarentur. *Sacerdotes* totius ægyptiacæ sapientiæ, & Depositarii fuerunt, & Pro-

micondi, & propterea omnibus ad vitam sustentandam necessariis amplissime provisi. *Milites* nil aliud præter arma tractabant, & ut ceteræ Classes omnes totius Populi in suam classem nascebantur, sic armorum studium Pater in filium transmisit, equitatus, & currus bellici sæpe in scripturis laudantur; nulla alia miles pæna, præter infamiam afficiebatur. Parentes & Seniores Aegyptii amore exquisito, reverentia insigniori honorabant, Domos neć cum cura, nec multis sumptibus excitabant, neque domesticum pecus, secum sub tecto uno agere, turpe putabant, in ciborum apparatu incuriosi, vestibus se exornare satagebant. Sacerdotes Classium aliarum homines a scientia remotos tenuerunt, metuentes ne vulgi temeritas eas commacularet, lingua antiqua nunc fere solis sacerdotibus nota est, quamvis ab injuria temporum multum sit passa, & multis aliarum linguarum vocabulis adspersa præcipue Hebræis & Græcis, omni tamen sua structura antiquitatem suam demonstrat, tam in vocabulorum indole, quam inflexione, & compositione; in quibus ita diversa est, & charactere scripturæ, & aliis proprietatibus ab omni Europæa, vel orientali lingua, ut plane evidenter quilibet agnoscere possit, ex nulla illarum, suam sumsisse originem. Difficulter libertatis tuendæ gratia, alienarum Gentium tulerunt societatem, Græcis Naucratim extra nullibi sedes figere per-

mis-

missum fuit, quæ defunctorum causa fiebant, sepulturae mumiae, evidenter demonstrant, quam valde animus Aegyptiorum in rebus tristibus morari, & sibi indulgere amaverit, hac inclinatione animorum suorum, & publica, & privata tingebant, ut quemcunque Aegyptiæ culturæ ingrediaris hortum, non alias, quam purpureo nigras offendere liceat rosas.

CAPVT III.

Narrat Herodotus in Euterpe e Sacerdotum Aegyptiorum relationibus, primum omnium Regum Sesostrim longis navibus ex Arabico sinu provectum rubri maris accolas in Potestatem suam redegisse, indeque reversum cum ingenti exercitu per continentem perrexisse, omnesque nationes, ut in quamque incidebat, subegisse, quascunque autem erat nactus gentes strenuas, in earum regionibus stelas sive cippos lapideos statuisse, litteris significantes, ipsius Regis (Victoris) nomen, & ut copiis eos propriis ac viribus subegerat: quorum vero Urbes nullo negotio (αμαχητι και ευπετεως) cepisset, apud illos itidem stelas statuisse, atque eo amplius muliebria genitalia adsculpisse, ut

signi-

significaret, eos ignavos exstitisse. Titulorum vero quos Sesostris per singulas Regiones erexit, plerosque ait Herodotus sua ætate jam non superfuisse, in Syria tamen, & Palæstina quosdam se vidisse. Has igitur Sesaci res gestas, Sesostri falso adscriptas ab Herodoto, putat Josephus. Nam certum est, anno Roboami 5-*to* ante Christi tempora 975 Sesacum (90) gloriæ nimium amantem, & insatiabilem, quod ejus nomen etiam lingua in Aethiopica significat, ingenti armatorum copia in Palæstinam irrupisse, & deditione acceptam Hyerosolimam, ab omni quod pretium habuit, vacuam relictam, domum reversum esse. Postea Herodoti, & Diodori siculi testimonio, quaqua versum vicinos populos sibi subjecit, & postquam omnia jam subegisse visus fuit, magno iterum exercitu comparato ut se totius mundi Dominum faciat, proficiscitur, & per Judæam, Colchidem, Tartariam, & Russiam minorem, Limites Poloniæ attingit, & in Thraciam penetrat, hic & defectu munitionis, & defectione militum, magis fugere, quam retroire cogitur; in Colchide tamen respirans Coloniam fundavit, sic enim Diodorus Lib. I. Cap. 54. „ Scytharum Gentes „ sibi subjecit, ad Tanaim usque fluvium, qui „ Europam ab Asia dispescit; ubi Aegyptio„ rum nonnullos ad Mæotim paludem relictos, „ Colchorum nationem condidisse tradunt. „ Quam ab Aegyptiis ortam esse, hoc argu-

„ men-

„ mento docent, quod Aegyptiorum ritu cir-
„ cumcindantur, qui mos in colonia hac, per-
„ inde ut apud Judæos, permanserit. Trans-
„ gressus porro in Europam, in ammittendi
„ exercitus periculum devenit ob annonæ &
„ Locorum difficultatem. " Non potuisset ad Genium militaris Nationis per longos terrarum tractus ne intercideret, sed in dies magis, & magis in naturam abiret, terra felicior Colchide eligi, hac quasi per viam regiam, omnes Asiani Gloriæ suarum actionum, & nominis Posteritati transmittendi studio nimium avidi, & non exsatiandi Domini, suos ductabant exercitus, & qua versus Occasum, qua Septemtrionem, humanitati deploranda circumtulerunt arma, Anno mundi 3475. ante Christi tempora 528 Cyrus „ subacta Asia, & universo Orien-
„ te in potestatem redacto, Scythis (80) bellum
„ infert, erat eo tempore Scytharum Regina
„ Tomyris (81) quæ non muliebriter adventu
„ hostium territa, cum eos cohibere transitu
„ Araxis (82) fluminis posset, transire permi-
„ sit, & sibi faciliorem pugnam intra Regni sui
„ terminos rata, & hostibus objectu fluminis
„ fugam difficiliorem; itaque Cyrus, trajectis
„ copiis cum aliquantisper in Scythiam proces-
„ sisset, castra metatus est. Tomyris refugiens
„ Cyrum ad angustias usque produxit, ibi com-
„ positis in montibus insidiis, ducenta millia
„ Persarum cum ipso Rege trucidavit. Justin

„ Cap.

„ Cap. 8. L. I. A. M. postea 3665. A. C. 338.
„ in Scythas prædandi causa Philippus profe-
„ ctus est, impensas belli, alio bello refectu-
„ rus erat, eo tempore Rex Scytharum Ateas,
„ (86) qui cum bello Istrianorum premeretur,
„ auxilium a Philippo petiit —— Philippus so-
„ luta Obsidione Byzantii, Scythica bella agre-
„ ditur; præmissis legatis, qui nuncient Ateae
„ se, dum Byzantium obsedisset vovisse statu-
„ am Herculi, ad quam in Ostio Istri ponen-
„ dam se venire, pacatum accessum ad Reli-
„ gionem Dei petens. Ille si voto fungi vellet,
„ statuam sibi mitti jubet: non modo ut po-
„ natur, verum ut inviolata maneat, pollice-
„ tur: exercitum autem fines ingredi, negat se
„ passurum, ac si invitis Scythis statuam po-
„ nat: eo digresso sublaturum, versurumque
„ æs statuæ in aculeos sagittarum. Hinc irri-
„ tatis utriusque animis prælium committitur;
„ cum virtute, & animo præstarent Scythæ,
„ astu Philippi vincuntur: viginti millia puero-
„ rum & fæminarum capta, pecoris magna vis,
„ auri argentique nihil. Justin L. 9. Cap. 2. A. M.
„ vero 3761. A. Chr. 242 Parthi (87) Scytharum
„ exules fuere —— hi domesticis Seditionibus
„ Scythia pulsi, solitudines inter Hyrcaniam &
„ Dahas, & Arios, & Spartanos & Margianos fur-
„ tim occupavere — proximus Majestati Re-
„ gum, populorum Ordo est, ex hoc Duces
„ in bello, ex hoc rectores in pace habent,

„ ser-

„ sermo his inter Scythicum, Mediumque me-
„ dius & ex utrisque mixtus. Hunnorum pa-
„ trius ac Scythicus mos, exercitum non ut
„ aliæ Gentes liberorum, sed majorem partem
„ servitiorum habent, Equis omni tempore ve-
„ ctantur — — hoc demum discrimen inter
„ servos liberosque est, quod servi pedibus,
„ liberi non nisi equis incedant. Just 41. Cap.
„ 1. 2. 3. Strabo Lib. 9. pag. 597 signatum re-
„ liquit, quod Arsaces (89) Scytha Nomadi-
„ bus (Daarum Genti (88)) qui ad Ochum flu-
„ vium accolebant imperans Parthiam invasit
„ & occupavit. Justinus Lib. 42. Cap. I. post
„ necem Mitridatis Parthorum Regis, Phraates
„ filius ejus Rex constituitur, qui cum inferre
„ bellum in ultionem tentati, ab Antiocho Par-
„ tici Regni, Syriæ statuisset, Scytharum mo-
„ tibus ad sua defendenda revocatur, namque
„ Scythæ in auxilium Parthorum, adversus An-
„ tiochum Syriæ Regem mercede sollicitati, cum
„ confecto jam bello supervenissent, & calu-
„ mnia tarde lati auxilii, mercede fraudarentur
„ dolentes — — fines Parthorum vastare ce-
„ perunt. Anno vero M. 3950 A. C. 53. Mi-
„ thridates Parthorum Rex a fratre Orodo pul-
„ sus ad Gabinium Syriæ Pro-Consulem venit."
Sic Natio circa Colchidem sedes incolens, va-
riis a Nationibus in ludo armorum instituta
est, nunc propriæ defensionis causa, nunc vi-
cinorum aut longinquorum pollicitationibus,
in-

invitationibus inducta, quam ad arma a natura propensionem nacta est, cultivare coacta fuit, unde postea factum est, ut A. C. 374 Romani Imperii sub Theodosio statu in ruinam vergente, & uti vestigia Historiæ non obscura docent, Virorum Principum Romani Imperii adjuti & illecti Consilio, Hunni expeditioni præposito Attila usque in campos Catalaunios irruperunt, accepta Clade in Sicambriam reversus Attila cum e Persia Principissam in Conjugem accepisset, emoritur. Filiorum infelicia fuerunt tentamina, donec iterum A. C. 885 septem electis Ducibus, via qua primum Sesac, postea Hunni nunc iterum tertio hæ veræ Attilanæ reliquiæ, a majoribus acceptarum traditionum gnari presse priorum insistentes vestigiis e Colchide per Tartariam minorem, Russiam minorem ad limites Poloniæ Kiow inde ad Ungvár, & Munkáts pervenerunt.

C A P V T IV.

His hucusque perductis L. B. hanc Hypothesim & Conjecturas cum sequentibus locis e Cl. Katona comparare, & æqua lance in examen sumere non gravetur. Cap. 33. Cl. Katona e Constantino Porphirogenito sequentia adfert.

„ Erant

„ Erant Gentes eorum septem & Principem „ vel indigenam, vel alienigenam habuerunt „ nunquam, sed erant inter ipsos Boebodi qui- „ dam (1) quorum primus, is cujus supra men- „ tionem fecimus, Lebedias (2), ante hunc Ar- „ padum (3) Turcæ (4) Principem nullum ha- „ buerunt. Pag. 38. sunt qui censent Turcos „ postea dictos Hungaros (5) ab illis Turcis „ quos Hœicki (6) seu Kaotchei (7) versus oc- „ cidentem protruserunt, Ortos esse, Pag. 39. „ Arpadus solenni ritu Chazarorum (8) inau- „ guratus est. Pag. eadem, Lebediam sane non „ Asiaticæ, sed Europeæ migrationis Ducem „ fuisse videbimus. Pag. 40. Almum (9) ex At- „ tilæ Regis progenie descendisse Anonymus „ Belæ 4-*ti* insinuat, Pag. 41. utrum Almus „ ex Attilæ genere descenderit, non ille qui- „ dem probat Anonymus, sed solum insinuat, „ posse tamen hanc opinionem sustineri. Cl. „ Pray agnoscit, si Geneologiæ nexus ab Irna- „ cho (11) natu minimo Attilæ filio, cui Priscus „ Rhetor, vaticinio promisisse scribit Attilæ „ sanguinem ab eo propagandum esse, repe- „ tatur. Docet autem Cl. Author alibi reliquias „ Attilanas, sub Irnacho Rege, Ditiones a Bo- „ rysthene ad Tanaim protulisse, hic in va- „ rias subinde tribus divisas, ut aliis Cuturgu- „ rorum (12) aliis Uturgurorum (13) nomen „ adhæreret: docet idem Uturgurorum & Cu- „ turgurorum, quorum Procopius meminit, Ir-

„ na-

„ naci filios, aut Nepotes fuisse, sedes ultra
„ citraque Mæotidem ac Tanaim habuisse, nec
„ dubitat quin Græcorum Cuturguri, & Utur-
„ guri ex Hunnico Cuturg — Uré, Uturg —
„ Uré nati sint, quasi dicas: Domini Uturg,
„ aut Cuturg Populus nam é cum accentu,
„ proxime enunciatu ad i accedit. Pag. 42. Ano-
„ nymus narrat, A. D. Incarn. 819. Ugek (14)
„ erat quidam nobilissimus Dux Scythiæ (80)
„ qui duxit sibi Uxorem in Dentu Moger (15)
„ filiam Eunedubiliani (16) Ducis, nomine Eme-
„ su (17) de qua genuit filium, qui agnomina-
„ tus est Almus. Pag. 45. inaugurationis so-
„ lemnitates sic describit Anonymus. „ Tunc
„ supradicti Viri pro Almo Duce more paga-
„ nismo, fusis propriis sanguinibus in unum
„ vas ratum fecerunt juramentum" Secundus
„ status juramenti sic fuit; ut quid quid boni
„ per labores eorum aquirere possent, nemo
„ eorum expers fieret „ ita quidem Almo Duce
„ prædæ communes erant. Pag. 44. tertius sta-
„ tus juramenti sic fuit, ut isti principales Per-
„ sonæ, qui sua libera voluntate Almum sibi
„ Ducem eligerent, quod ipsi & filii eorum
„ nunquam a Consilio Ducis, & honore Regni
„ omnino privarentur. Pag. 45. Ejus Nomen
„ Patrii scriptores a somno quo mater ejus fu-
„ turam nascituri filii, gloriosam progeniem
„ repræsentari vidit, unanimi consensu repe-
„ tunt" & innotuit ei (scilicet Matri Emesæ,

„ scri-

„ scribit Anonymus) quod de utero ejus egre-
„ deretur torrens, & de Lumbis ejus Reges
„ gloriosi propagarentur, sed non in sua mul-
„ tiplicarentur terra, quia igitur somnium in
„ lingua Hungarica dicitur Almu (nunc álom
„ (9)) & illius ortus per somnium fuit progno-
„ sticatus, ideo ipse vocatus est Almus Pag.
„ 46. Anonymus eam Regionem, quam in Asia
„ Hungari prius incoluerunt, Dentu — Moger
„ appellat, & in Scythia trans Tanaim ac ultra
„ Pontum Euxinum collocat; hanc vero Scy-
„ thiam Anonymus alter, quem Thurocius suum
„ describendo facit, trifariam partitur, quum
„ ait „Scythicam Regionem una cingi compre-
„ hensione, sed in tria regna Bostardiam (18)
„ scilicet, Dentiam (19) & Magaricam (20) di-
„ vidi M. S. Codex pro Bastardia Bascardiam,
„ Simon de Keze Bachardiam habet, quibus
„ Nominibus Baschiriam intelligendam esse Cl.
„ Pray extra dubium ponit. Hungariam autem
„ magnam Rubruguisius cum Aenea Silvio ad
„ Jaicum fluvium (21) locat, quam Regionem
„ ab incolis Butschariam, ex qua male Pasca-
„ ti ortum est passim dici Plancharpinus per-
„ hibet, vocem omnino per oscitantiam scri-
„ ptorum corruptam, cum sine dubio Mascha-
„ ria rescribendum sit, quod exemplo vobis
„ Bisirmen, pro Musalmen, ab eodem Plan-
„ carpino positæ, probat. Cum igitur per Bo-
„ stardiam, Baschardiam, Bachardiam, Ba-

„ schi-

„ schiriam „ Batschariam, Madschariam, ipsa
„ Magyaria seu Turocii Magaria possit intelli-
„ gi, Turoczianam hanc Scythiæ divisionem
„ supervacaneam putat, Anonymique nostri
„ Dentu — Moger ex Dentia & Mogeria coa-
„ luisse suspicatur: quum tamen Albugari Te-
„ stimonium alibi laudat, qui Magyarorum seu
„ Hungarorum sedem ita describit ac designat"
„ huic postquam adolevit Ogus (22) Copias
„ suas tradidit, ut & Rasch (23) & Oluck (24)
„ & Magyar & Baschir (25) qui juxta Tin (26)
„ & Atil (27) & Jaic collebant debellaret, Ma-
„ gyariam & Baschiriam non esse confunden-
„ dam censeo, sed quid quid de hoc aliis vi-
„ deatur ex omnibus quos adhuc laudavimus
„ Scriptoribus, apparet, Magyariam etiam si
„ non eandem, proximam tamen fuisse Baschi-
„ riæ, quam infra Syberiam, & supra Regnum
„ Astracanum omnes Geographi collocant. Li-
„ cet igitur neque Dentiam, neque Mogeriam
„ ex quibus Anonymi Dentu — Moger coaluit,
„ in antiquis Authoribus inveniamus, utraque
„ tamen circa Baschiriam esse quærenda vide-
„ tur, neque mihi dubium est per Constantini
„ Mazaros, intelligendos esse Magyaros, cum
„ ita loquitur „ Sciendum est Patzinatzitas (28)
„ a principio ad Atel & Geich flumina habitas-
„ se, iisque conterminos fuisse. Populos illos
„ qui Mazari atque Uzi (29) cognominantur"
„ Mazaris Chazaros non esse sufficiendos, ut

„ qui-

„ quidam volunt, ipse loci positus suadet;
„ cum enim Patzinatzitæ Regionem inter Atel
„ & Geich seu Volgam, & Jaichum fluvios,
„ adeoque hodiernum Regnum Astracanum in-
„ coluerint ut Uzi versus occidentem, ita ver-
„ sus septemtrionem non Chazari sed Mazari
„ seu Magyari, qui circa Baschiriam supra Re-
„ gnum Astracanum sitam habitarunt, conter-
„ mini Patzinatzitis esse poterant, nisi hunc
„ Constantini locum de Hungarorum avitis in
„ Asia sedibus accipiamus, nusquam ullum
„ earum vestigium, in hoc Authore deprehen-
„ demus, quid quid ille enim de Lebedia, quid
„ quid de locis Atel cusu (30) nuncupatis ad-
„ fert, id totum Europeam Hungarorum com-
„ morationem, postquam ex Asia demigrassent,
„ spectat: supplendus igitur hic est Porphiro-
„ genitus obscure de Magyaris locutus, ex Ano-
„ nymo, qui Dentu — Mogeriam Veterem Hun-
„ garorum Patriam, ultra Volgam collocat,
„ quam ab Hungaris ex Dentu — Moger iter
„ in occidentales Plagas ingressis transmissam
„ esse scribit."

CAPVT V.

„ Continuat Cl. Autor Pag. 53. non obest „ Turkolyii Szikszoviensis testimonium, qui „ Petropoli non semel ad mare Caspium pro„ fectus ad Cumam fluvium exstare quidem ru„ dera Palatii, quod incolæ Hungarum seu Ma„ gyar vocent, idiomatis tamen Hungarici nul„ lum iis in locis vestigium superesse scripsit „ ad suos A. C. 1720; Nam nec in iis Hunga„ riæ hodiernæ partibus in quibus olim Hunga„ ros coluisse constat, ubique hungaricum idio„ ma viget, facile nempe Dialectum Hungari „ per octingentos & amplius ad Turkolyium An„ nos ita commutaverint, ut ab eo non potue„ runt intelligi. Cujus rei plura nobis exem„ pla Cl. Sajnovits in erudita demonstratione „ sua suppeditat. Cur autem Hungari Dentu „ — Mogeriam Pag. 54. avitam in Asia sedem „ suam deseruerint, Anonymus sic narrat: „ Scythica terra quanto e torrida Zona remo„ tior est, tanto propagandis generibus salu„ brior, & quamvis admodum sit spatiosa, ta„ men populorum in ibi generatorum multitu„ dinem non alere sufficiebat, nec capere, qua„ propter septem Principales Personæ, habito

„ in-

„ inter se Consilio, constituerunt, ut ad oc-
„ cupandas sibi terras quas incolere possent a
„ natali discederent solo — — tum elegerunt
„ sibi quærere terram Pannoniæ, quam audi-
„ verant fama volante terram Attilæ Regis es-
„ se, de cujus progenie Dux Almus Pater Ár-
„ pád descenderat Pag. 57. Attilæ mors conti-
„ git A. C. 454. Hungarorum ex Asia migratio
„ A. C. 884. sic intercesserunt Anni 430. Pag.
„ eadem, magnum fuisse numerum Hungaro-
„ rum ex Asia migrantium Anonymus sic indi-
„ cat": Almus Dux filius Ugeck (14) de gene-
„ re Magog (31) Regis, Vir bonæ memoriæ,
„ Dominus, & Consiliarius eorum, una cum
„ Uxore sua, & filio suo Árpád, & duobus fi-
„ liis Hulec (32) Avunculi sui scilicet Zuard
„ (33) & Cadusa, (34) nec non cum multitudi-
„ ne magna Populorum non numerata fœdera-
„ torum de eadem regione egressus est. Pag.
„ 59. venientes autem dies plurimos per deser-
„ ta loca & fluvium Etil super Tulbon seden-
„ tes (35) ritu paganismo transnataverunt. Pag.
„ 60. nisi vero per Anonymi Tulbon nostrum
„ Talphajo, seu rates intelligantur, quid ea
„ vox sibi velit, mihi prorsus incertum est, in
„ Anonymo sane multæ hujusmodi voces oc-
„ currunt vel errore, Librariorum, corruptæ,
„ vel aliter olim, quam nunc usurpatæ, sic
„ Soviou (36) pro Sajo, Geuru (37) pro Györ
„ Zogea (38) pro Zagyva ceteraque his similia

„ legimus, & ex adjunctis duntaxat has voces
„ ita rescribendas colligimus. Nec eam vel Or-
„ thographiæ, vel linguæ hungaricæ varietatem
„ mirari poterit, qui meminerit apud Romanos
„ quoque lingva Latina nondum satis exculta,
„ has voces post idea suom maritom, porpo-
„ rea poplice, mereto, ornavet, pro his: po-
„ stea, suum, maritum, purpura, publice, me-
„ rito ornavit. Pag. 61. Nunquam viam Civita-
„ tis vel habitaculi invenerunt, nec labores ho-
„ minum comederunt, ut mos erat eorum, sed
„ Carnibus & Piscibus vescebantur, donec in
„ Rasciam quæ Susudal (39) vocatur, vene-
„ runt, & juvenes eorum fere quotidie venatui
„ & piscationi operam dabant, unde a die illo
„ usque ad præsens Hungari sunt præceteris
„ Gentibus meliores in venatu. Prorsus ean-
„ dem vivendi rationem Regino; qui sub eadem
„ hæc tempora vixit, ac scripsit ad A. C. 908.
„ Hungaris tribuit, quum eorum indolem &
„ Consuetudinem ita pingit: Natura taciti, ad
„ faciendum, quam ad dicendum proniores,
„ lanæ his usus, ac vestium ignotus, & quam-
„ quam continuis frigoribus afficiantur, pelli-
„ bus tantum ferinis ac marinis induuntur.
„ Venatione ac Piscatione victum quotidianum
„ quæritant — multa millia sagittis interimunt,
„ quas tanta arte ex corneis arcubus dirigunt,
„ ut earum ictus vix præcaveri possit, *& dein*
„ *Pag.* 63. Sic Almus Dux cum omnibus suis

„ ve-

„ venientes terram intraverunt Rasciæ, (40) „ quæ vocatur Susdal; *ibidem ad Calcem:* per „ eandem Susdaliam Russiæ Provinciam, non „ tantum Hungaros sed etiam veteres Hunnos, „ Anonymus Turocianus, traducit, cum de his „ ita scribit: Bessos, (41) ac Cumanos albos, „ (42) tandem Susdalos dehinc Ruthenos (43) „ crudeli sub Dominatione pertranseuntes; *de* „ *Hungaris vero hunc in modum*: transeuntes „ igitur per Regnum Bessorum, alborum Cu- „ manorum, Susdaliam & Civitatem Rijo (Kijo „ (44) nominatam. Pag. 65. Anonymus ait „post- „ quam autem ad partes Ruthenorum pervene- „ runt, sine aliqua contradictione usque ad Ci- „ vitatem Kiew transiverunt, & cum per Civi- „ tatem Kiew transivissent, fluvium Denep „ transnavigando, voluerunt Regnum Rutheno- „ rum subjugare. *Pag. eadem* Russiam rubram, „ quæ hodie Volhyniam, Podoliam, & Ucra- „ niam complectitur, ac in Palatinatus, Kio- „ viensem, Braclaviensem, & Camaracensem, „ Luzucensem, Chelmensem, Beltzensem, „ Lembergensem, qui Haliciam continet, divi- „ ditur; ad ictum Hungari destinarunt: at in „ primis Kioviam in maximum timorem, & „ sollicitudinem conjecerunt. Pag. 66. Causam „ solliciti timoris Anonymus reddit " Duces „ Ruthenorum hoc intelligentes timuerunt val- „ de, & quod audiverunt Almum Ducem, fi- „ lium Ugek de genere Attilæ Regis esse, cui

„ proavi eorum annuatim tributa persolvebant.
„ Pag. eadem Priscus Rhetor ait „ Nemo un-
„ quam eorum qui in Scythia vel alibi regna-
„ runt tantas res, tam brevi tempore gessit,
„ totius Scythiæ Dominatum sibi comparavit,
„ & ad Oceani Insulas usque Imperium suum
„ extendit, ut etiam Romanos Tributorum præ-
„ stationi obnoxios habeat. Pag. 66. E Chro-
„ nica Slavorum Authoris incerti quam Linde-
„ brogius edidit, sequentia narrantur „ Rutia
„ (45) a Danis Ostrogard (46) id est in Orien-
„ te posita, affluens omnibus bonis vocatur:
„ dicitur etiam Chunigard (47) eo quod Sedes
„ Hunnorum prius ibi fuerit, hujus metropolis
„ Chue (48) Pag. 68. de auxilio Cumanorum
„ Kioviæ præstito" tunc hi septem Duces (Cu-
„ mani) quorum nomina hæc fuerunt Ed (49)
„ Edum (50) Etu (51) Bunger (52) Ousad (53)
„ Pater Ursuur (54) Boyta (55) Retel (56) Pa-
„ ter Oluptulma (57) non modica multitudine
„ equitum simul coadunata, causa amicitiæ
„ Ducis de Kiow celerrimo cursu contra Al-
„ mum Ducem venerunt „ unde hi Cumani ve-
„ nerint Autor Stepenaiæ Knigæ ad A. C. 866.
„ hæc habet, erant in eorum exercitu Cuma-
„ ni, qui ad Pontum Euxinum habitabant, hoc
„ primum apud Scriptores indicium de Cuma-
„ nis est proditum, ut Cl. Pray observat, quos
„ Græci passim Tauro Scythas compellant,
„ argumento satis verosimili Cumanos eo tem-

„ po-

„ pore, in Taurica, & finitimis Ditionibus co„ luisse" certe Koeleriana Danubii Mappa Ku„ mam infra Braclaviam collocat, quo indica„ re videtur ab Euxino Ponto Tauricaque di„ tionem suam eo usque porrexisse, quare „ cum jam ante vicenos annos hi Cumani so„ cietatem armorum adversus Grecos cum Kio„ viensum Ducibus iniverint, nunc etiam ad„ versus Hungaros eo facilius iisdem subsidio „ venire poterant, qui propiores periclitantibus „ erant."

CAPVT. VI.

Rutheni post felicem pugnam ad Kiow Pag. 71. se dedunt Hungaris humanis modis quibus deditio peracta, permoti Cumani fœdus ineunt cum Hungaris „ quæritur Pag. 79. an non Cu„ mani, & Chabari iidem sint? ad Pag. 80. „ Porphirogenita ait „ pars fugientes ad Tur„ cas in Patzinatzitarum terram se contulerant, „ ibique sedes posuerant, atque sic connexi „ inter se Cabari (58) cum Turcis Patzinatzi„ tarum terram incoluerunt, Pag. vero 81 Cha„ zaros (59) e quibus Cabaros descendere Por„ phirogenita asserit, Hungaros necessitudine

„ san-

„ sanguinis conjunctos fuisse Cl. Pray in suis
„ dissertationibus, ac potissimum quinta non
„ semel affirmat, & erudite probat Cabaros
„ cum Cumanis eosdem fuisse, nos quoque
„ cum eodem statuimus, ac opinionis nostræ
„ momenta paulo ante produximus — Asserta
„ hac Chazarorum Cabarorum Cumanorum
„ cum Hungaris Cognatione, quæritur an non
„ per Chaba (60) filium Atilæ hæc cognatio
„ orta sit? quod suspicamur, quod Anony-
„ mus inter septem Cumanorum Duces qui
„ Hungaris accesserunt, Ed, & Edumen nume-
„ rat; Anonymus autem Turotzianus, Chabæ
„ filios rectius posteros, Ed & Edumen appel-
„ let? Ille laudatos Ed & Edumen cum aliis
„ Cumanis & Hungaris in Pannoniam venisse
„ scribit; hic pariter Edumen, magna cum fa-
„ milia Hungaros usque Pannoniam comitatum
„ fuisse, & ex illo Abæ generationem proces-
„ sisse tradit, atque hoc postremum etiam Be-
„ læ Notarius affirmat, quum ait ex Ed & Edu-
„ men progenie, longo post tempore Regem
„ Samuelem descendisse, qui pro sua pietate
„ Oba (61) vocabatur Honorius Pag. 48. ex hac
„ vita migravit A. C. 423 quo nondum Atila
„ rerum apud Hunnos potitus Pag. 90. Proco-
„ pius de Hunnis Paludi Mæotidi circumfusis
„ ita scribit, aliquando his præfuit cui duo erant
„ filii Uturgur alter nomine, alter Cuturgur,
„ Patre mortuo Regnum inter se ambo partiti

„ de

„ de suo Nomine dixerunt subditos, inde alii
„ Uturguri, alii Cuturguri apellantur: Pag. 92.
„ Cl. Pray Procopianum Uturgurum & Conturgu-
„ rum suspicatur Irnachi Liberos fuisse, quod-
„ que nullæ res Cuturgurorum & Uturgurorum
„ ante Hunnorum in Europam adventum, sed
„ post convulsum Imperium Atilæ primum nar-
„ rentur, itaque hos ex reliquiis Atilanis exor-
„ tos fuisse. Pag. 95. Uturguris trans Paludem
„ Mæotidem in varias tribus sensim discretis
„ ac Mongerianis fuga dilapsis, Cuturguri eis
„ Paludem jam amici, jam hostes Romanorum,
„ opere Justiniani cum Uturguris commissi,
„ tamdiu armis inter se decertarunt, donec ita
„ vires utrorumque collaberentur, ut Agathia-
„ teste qui sub idem tempus quinque libros de
„ rebus Justiniani conscripserat, Patriam etiam
„ denominationem amiserint Pag. 95. eoque ca-
„ lamitatis Hunnicæ istæ Nationes sunt reda-
„ ctæ, ut si aliqua adhuc eorum pars relicta
„ sit, sparsim aliis inserviat, & ab aliis appel-
„ lationem acceperit. Abolitis igitur sub Justi-
„ niano primo Cuturgurorum, & Uturgurorum
„ nominibus, reliquiæ Hunnorum sub Chaza-
„ rorum potissimum appellatione delituerunt,
„ quorum potentia sensim ita crevit, ut jam
„ sub exitum ejusdem seculi sexti Bellum cum
„ Persis gesserint; nolim omnia quæ Cl. Pray
„ de his Chazaris erudite disserit istic referre,
„ mihi satis ad propositum est, quod easdem

„ Re-

„ Regiones Chazaris in Europa tribuat, quas „ Procopius Cuturguris assignat „ ultra Palu- „ dem (inquit iste) Mæotidem Fluviumque Ta- „ naim, Hunni Cuturguri Camporum æquora „ — longe ac late insederunt — — postea Scy- „ this & Tauris tenetur omnis illa Regio cujus „ Pars etiam num Turcia dicitur — ab Urbe „ Bosphoro ad Urbem Chersonem, sitam in „ maris littore, & Romanis jam inde olim sub- „ ditam tenent Barbari utique Hunni, quid „ quid interjacet, & Pag. 97. Certe cum Aca- „ tziras Hunnos a prisco Chatziros quoque di- „ ci hac Sententia lego, reliqua omnis Chatzi- „ rorum Regio in Jus ditionemque Atilæ con- „ cessit" in Chatzirorum nomine Chazarorum „ Gentem mihi videre videor, sed utcunque „ hoc sit quemadmodum Atilanæ reliquiæ, quæ „ cis Mæotidem sedes fixerunt, antea Cutugu- „ rorum, ita postea Chazarorum nomine de- „ prehendebantur, licet proprias singulæ tribus „ appellationes habuerint, ac ita Chabari quo- „ que, quod prius a Chaba sumserant nomen, „ etiam sub Chazaris retinuerint. Pag. eadem, „ ab his porro Chazaris octo tribus suis pro- „ priis nominibus distinctis, ad Turcas seu „ Hungaros secesisse, Porphirogenitus affir- „ mat, easque his nominibus appellat „ prima „ a Chazaris avulsa est quam dixi Chabarorum „ Gens 2-*da* Necke (62) 3-*tia* Megere (63) 4-*ta* „ Cuturgemati (64) alias Cuturgermati, 5-*ta*

„ Tu-

„ Turian (65) *6-a* Genach (66) *7-ma* Kare (67)
„ *8-va* Kase (68).

CAPVT VII.

„ Cumani porro lingua Patria Kun seu Chu-
„ ni Pag. 98. dicuntur ea fortasse de causa
„ quod Chunorum Ptolomæi Regionem, prius-
„ quam Hungaris accessissent, ad montes Ama-
„ docios incoluerint, & Pag. 99. Hungari (69)
„ Chazaricis tribubus seu Cumanis aucti, mul-
„ tos etiam e Ruthenis sibi socios, Álmo
„ Duci adhærentes, secum in Pannoniam ve-
„ nerunt, quorum posteritas usque in hodier-
„ num diem per diversa loca in Hungaria ha-
„ bitat & Pag. 99. a Kiew per Lodomeriam,
„ Haliciam, Almus Copias sequacibus Ruthe-
„ nis duxit: Pag. 100. intellexit Almus plagas
„ inter Danubium & Tibiscum (Tisciam) inter-
„ ceptas & secundum Granum fluvium ad Ru-
„ thenorum, & Polonorum confinia porrectas,
„ Salanum (70) cum Bulgaris (71) obtinere,
„ terras ultra Tibiscum inter Szamuzium (Sza-
„ mos) & Maruzium (Morus) ad Transilvaniam
„ usque comprehensas, Menemorotum possi-
„ dere ceteras, ultra Marusium Orsovam us-

„ que

„ que (Urscia) Gaado qui Vidino (Bunclyn)
„ egressus fuerat subesse. Pannoniam quidem
„ ipsam Romanos in sua potestate habere, sed
„ ejus partem ad Danubium aliis fiduciario Ju-
„ re, pro Pascuis concessisse, nempe Svato-
„ plogus, ut videbimus, non contentus Mora-
„ viæ suæ limitibus, qui Morava Granoque flu-
„ vio definiebantur etiam Pannoniæ partem ali-
„ quam sibi vindicavit. Almus de his omnibus
„ certior redditus, pacem cum Ruthenis firma-
„ vit, iterque cæptum continuavit. Pag. 101.
„ Anno post Atilæ mortem 435 post suum ex
„ Asia discessum 5-*to* Stephani Pontificis Ro-
„ mani 4-*to* Leonis sexti cognomento Philoso-
„ phi, 3-*tio* Arnulphi Germaniæ Regis, felici-
„ ter attigerunt primumque locum in quo con-
„ sederunt Munkás (hodie Munkáts (72)) a
„ laboribus quos isthac veniendo pertulerunt
„ appellarunt. Pag. 106. erat ipse Almus facie
„ decorus, sed niger & nigros habebat oculos,
„ sed magnos, statura longus, & gracilis, ma-
„ nus vero habebat grossas & digitos prolixos,
„ & erat ipse Almus, pius, benevolus, largus,
„ sapiens, bonus miles, hilaris dator omnibus
„ illis, qui in regno Scythiæ tunc tempore erant
„ milites, & Pag. 109 ait Constantinus „Tur-
„ carum Gens olim prope Chazariam habita-
„ bat; in loco cui cognomen Lebedias, a pri-
„ mo ipsorum Boebodo qui nomine quidem
„ Lebedias appellabatur, dignitate vero quem-

„ ad-

„ admodum reliqui ejus Successores, Boebo-
„ dus vocabatur, in hoc igitur loco, nimirum
„ in prædicta Lebedia fluit Amnis Chidmas (73)
„ qui etiam Chingylus (74) cognominatur, &
„ quidem tunc temporis, non Turci sed Sabar-
„ tæ Asphali (75) quadam de Causa diceban-
„ tur, erantque Gentes eorum septem, & prin-
„ cipem vel indigenam habuerunt nunquam,
„ sed erant inter ipsos Boebodi quidam quo-
„ rum primus is cujus supra mentionem feci-
„ mus Lebedias, habitarunt autem cum Cha-
„ zaris annos tres, omnibus eorum in bellis
„ adjutores. Chaganusque (76) Chazariæ Prin-
„ ceps primo Turcorum Boebodo Lebediæ,
„ fortitudinis eorum, ac Commilitii causa Uxo-
„ rem dedit Chazaram, nobilem, motus forti-
„ tudinis ejus fama, & generis splendore ut
„ ex ea prolem tolleret, attamen casu factum
„ est, ut ex Chazara illa liberos non suscipe-
„ ret Lebedias. Pag. 116. Porphirogenitus ait,
„ Patzinatzitæ vero, qui Cancar (77) olim co-
„ gnominabantur, (nam hoc nomen apud ipsos
„ nobilitatem & fortitudinem significat) Armis
„ contra Chazaros sumptis victi, terram suam
„ deseruere, & Turcarum Regionem incolere
„ coacti sunt, ait „ Constantinus habitabant
„ Patzinatzitæ a principio ad fluvium Atel (Vol-
„ ga) nec non ad fluvium Geih (Jaich) conter-
„ minosque habebant Mazaros (78) & sic di-
„ ctos Uz, ante Annos vero 50 qui Uzi nun-

„ cu-

„ cupabantur cum Chazaris conspirantes, & „ conjunctis armis Patzinatzitas agressi, superiores evaserunt, sedibusque illos expulerunt, „ quas ad hodiernum usque diem tenuerunt, „ denominati Uzi. Pag. 118. ait Constantinus“ „ At Patzinatzitæ qui fuga evaserunt, circum„ euntes quærebant, locum, in quo Domicilium „ suum figerent, venientes autem in terram, „ quam nunc incolunt, inventisque illic Turcis „ incolis patrato bello hos devicerunt, & infra „ eadem Pag. bello autem in Turcas & Patzi„ natzitas tunc temporis Cancar cognominatos „ exorto, Turcarum exercitus devictus fuit, „ atque in partes duas divisus & earum una „ quidem Orientem versus partem Persidis in„ coluit, & hic etiam in hodiernum diem, de „ veteri Turcarum cognomine, Sabartæ Aspha„ li nuncupantur, altera autem pars Occiden„ tem versus sedes posuit cum Boebodo suo „ Duce Lebedia, in locis Atel Cusu nuncupa„ tis (79) quæ nunc Patzinatzitarum Gens in„ colit, Pag. 120. Cedreno teste, Turci habi„ tarunt ad Caucasi montis partes Septemtrio„ nales, & denique Pag. 123. duplex sedes „ Turcarum a Constantino distinguitur, altera „ quam pulsi primum a Patzinatzitis, in locis „ Etet, & Cusu nuncupatis occuparunt; altera „ quam istinc iterum ab iisdem ejecti sic inse„ derunt ut ad initia Turciæ Trajani pons es„ set. Quare loca Atel Cusu nuncupata quæ

„ Pa-

„ Patzinatzitæ, Turcis exactis occuparunt, & „ ad ætatem Constantini retinuerunt, ultra Tra- „ jani Pontem esse, imo quatuor dierum iti- „ nere hinc distare debebat, cum alio loco „ Constantinus asserat distare Patzinatziam a „ Turcia dierum quatuor itinere.

CAPVT VIII.

„ Jazigum apud scriptores rerum Hungarica- „ rum ait Cl. Büsching illa viget traditio, non „ ab antiquis Jazygibus suam habere Originem „ sed hoc nomen Jaziges (83) accepisse post „ quædam in bello præstanter gesta, & inde „ subsecuta in populum Principis liberalitate, „ quæ & donis & Privilegiis quibusdam com- „ plectebatur. Manu scriptis in antiquis nomi- „ ne etiam Philisteorum insigniuntur. Regio „ quam inhabitarunt post eorum migrationem „ a Cumanis aut Cunis occupata est; apud „ antiquos Scriptores etiam Uziorum, & Ga- „ zarum sub nomine noti fuisse videntur. Pag. „ 6. Tom. 3. Editionis Traslerianæ Pag. 36. „ Avares (84) sub nomine Geugenorum (85) in „ Asia noti fuerunt, Patzinatzitæ qui vero si- „ militer iidem fuerunt, cum Cumanis & Chu-

„ nis

„ nis, Hungaros e Transilvania, submoverunt,
„ qui versus Tibiscum post hæc migrationem
„ susceperunt. Videtur e Historia doceri Hunga-
„ ros & Ungros, eandem esse nationem, & ex
„ reliquiis Hunnorum coaluisse; interim omni-
„ gena certitudine, id affirmari non potest,
„ nomen Hungar proprie Uger, vel alia scri-
„ bendi ratione Uigur & (69) Jugur, non est
„ specificum nomen, sed appellativum genera-
„ lius, quod (ut nomina Tsud, Scyth, Ostyák,
„ vel Usſtack, Barbar &c.) alienigenam, vel
„ ex alio regno advenientem significat, sub no-
„ mine Madschar, ad meridiem vestigium ali-
„ quod adesse videtur; illo nomine insignitæ
„ ruinæ in Provincia Russica Astracan ad no-
„ stram usque diem conspici possunt in littore
„ fluvii Cuma exstantes; hæc quippe Civitas,
„ ab Hungaris, qui aliquantum temporis in vi-
„ cinia Persiæ sedem habuerunt, suum habet
„ nomen, nam ille populus non solum se ipsum
„ Madscharum nominat, in hodiernum usque
„ diem, sed præterea a Turcis, Arabibus, &
„ aliis Asiaticis, sed & Slavica natione, quæ
„ Danubium accolit, hoc nomine salutantur,
„ & ex Albugasi certum fit, jam tum cum ad
„ Jaic, & Volga fluvios habitarent, hoc nomi-
„ ne gavisos esse. Annalium Russicorum Scri-
„ ptores tradunt Hungaros vel Magyaros Mad-
„ scharos a. c. 898 per Kiew Danubium versus
„ suscepisse expeditionem; Valachos suis e

„ se-

„ sedibus ejecisse sic regionem occupasse, & „ Hungariæ nomine insignivisse. Sunt nunc „ Cosachi reliquiæ illæ antiquarum Nationum „ quæ vasto illo in Terræ spatio intra Volgam, „ & Tanaim Mæotidem & Borystenem sedes „ habuerunt, in Annalibus Russiæ sub nomi- „ ne Chosarorum, & Pastinaciorum (Chozaren „ und Petschenegen) noti redduntur, Slavicæ ori- „ ginis, & perpetui inimici Ducum de Kiew „ fuisse dicuntur.“

CAPVT IX.

Nil amplius deesset votis meis L. B. si tibi Aethiopicis Litteris nonaginta verba suis numeris distincta nunc adscribere possem, ea ratione ut illa ex Heptaglotto Cl. Edmundi Castelli & Dictionario Ludolphi Æthiopico conquisivi, sed procul abest Hungaria, ab illo usu Literarum Orientalium, quem & ejus Origo, & Lingua, & suam ad antiquitatem prætendendam, naturale jus exposcunt, fiet olim, utinam felix sim augur, cum reales Scientiæ majori erunt in pretio, & imaginariæ minori nitentur cothurno, ut major pars, quibus e meliori luto Titan præcordia finxit, Eruditorum Græca, Hæbrai-

braica, Chaldaica, Syriaca, Samaritana, Æthiopica, Coptica, Arabica, Persica, Russica, Sinensia, in pretio habeant volumina, tunc in Historia novum Cœlum, & nova terra creabitur, & multa quæ nunc sunt in honore transverso calamo accipient signum, interea quæ ad firmandas conjecturas, de origine, primæva Sede, & Lingua Hungarorum a primis motibus Hunnorum ad eorum adventum usque ad Munkáts, secundum Historiam Hungariæ a Cl. Katona concinnatam, deprehenduntur; nomina Hominum, Fluviorum, Regionum, in Lingua Æthiopica hoc significant.

1) *Boebod* compositum: nomen est ex Bohhe Salve Rex *Bohht* imperio prædite *Bohhe Bohht* Salve Imperator, salus Imperii.

2) *Árpád* — Arpat *ain* prima littera significat tranquillus, constans, quietus.

3) *Turcae* ab Arabico *Tarakka* noctu supervenire consveti, apud Persas formosus.

4) *Hungar* compositum ex Æthiopico *Hiu* & *nager Hiunger* itaque salvus *Hiu* & *nager* sermo negotium, res, *Hiunager* salvum est negotium, migratio nempe ex Asia in Europam & propterea, hoc nomen Regno additum. Vide 69.

5) *Hoeiki* compositum ex Æthiopico *hoi* sacrificare & *koi* fructibus.

6)

6) *Chaotchi* ex *Khhad* altercatus est in rebus ad Religionem, & *Geheis* recessit ab aliis seorsum.

7) *Kazar* Æthiop. Vallum, paries, sepes.

8) *Lebedia* Æth. Peregrini in regione, notetur præterea *Lud* in Sacra scriptura significare Æthiopem, Æthiopiam, & hinc Levadia, Lebedia.

9) *Almus* in Lingua Æthiopica Hebræa somnium.

10) *Atilae* in Lingua Æthiopica Italia, quæritur an non post Italiam subactam hoc nomen sumserit ut *Zuvarow* Italitzkoy, significat etiam madefacere, madidum esse, liquore perfundere.

11) *Irnak* ex Æthiopico *Hir* miles & *Nakh* alacer.

12) *Cuturgur*, ex Æthiopico *Kutur* meridies & *Gur* vicinus, ad meridiem habitantes.

13) *Uturgur*, ex Æthiop. *Utur* prima litera *ain* bonos odores sparsit, & *Gur* Vicinus, itaque *Uturguri* vicini illius Regionis quæ bonos spargit odores Arabiæ scilicet felicis.

14) *Ugek* Æthiop. *Ugeg* Nobilis torque ornatus.

15) *Dentu — Moger* ab Æthiop. danan curvavit, flexit, & *Moger* subditum, itaque *Dentu moger* Regio in qua subditi vi armorum subacti sunt.

16) *Eunedubilian* Dux tentoria e corio Boum faciens, ex *Eun* prima littera *ain* Dux castrametatus & *Dubil* Taurus.

17) *Emesu* liquefaciens instar ceræ homines ex *Em* utique & *Mesu* cera liquescens.

18) *Bostardia* ex *Bost* aspera via, scabrosa & *Tared* possessores, itaque montosa Regio.

19) *Dentia* Vide 15.

20) *Magaria* ultimi in limitibus habitantes e *danhar* ultimus, finis, terminus & *Ma* addito quod localitatem significat.

21) *Jaic*, apud Orientales, Æthiopes, Hebræos, Arabes quilibet magnus fluvius vocatur *Gichon Jaig* peculiariter Æthiopibus quivis confluxus aquæ, & non bonæ notæ, prima littera per *ain*.

22)

22) *Ogus* patiens constans fuit littera prima *ain.*

23) *Rasch* in montosis habitantes.

24) *Olak* Æthiop. *holak* ad radices montium habitantes.

25) *Baschir* Æthiop. *Bahhir* ad Littus maris habitantes.

26) *Tin* Æthiop. salubris fluvius bonis aquis præditus.

27) *Atil* pinguis aqua.

28) *Patzinatzitæ* terrorem, horrorem incutientes.

29) *Uzi* in tentoriis habitantes.

30) *Kusa* Æthiop. *Kust* arcus.

31) *Magog* magno exercitu provisus.

32) *Hulec* Princeps Dux summus Sacerdos.

33) *Zuard Szuhard* Æthiop. miles maturus.

34) *Cadusa* Vir sacer sanctus.

35) *Tulbu* ex Æthiop. *Tuly* expandit veli instar, & *Bat* in cavo ire, itaque inflatis utribus tranare fluvium.

36) *Sovion* sacrificantes.

37) *Geuru* Æthiopicum Gur vicinitatem cum alio iniit.

38) *Zoger Szoged* genibus provolutus adoravit.

39) *Susudal* ex Æthiop. *Susu* in altam & *Dal* Provincia, territorium montosum.

40) *Rascia* Æthiop. *Rass* Principatus.

41) *Bessus* Æthiopicum *Bess* Cornu quod inflare solebant.

42) *Cuman* a *Kum* Vindictæ studiosi cupidi.

43) *Rutheni* a *Ruthe* sincerus verax Justus.

44) *Kio* rubuit rubescere, rubis obsitum apibus abundans alveare.

45) *Rutia* Æthiop. *Rut* locus planus.

46) *Ostragard* ex *Osz* remunerat, *Tra* opibus & *Grad* ager.

47) *Chunigrod* fœcundus, præstans ager.

48) *Chue* Æthiop. *Chun* Ars *Chunit* Opifices.

49) *Ed* prima littera *ain* Vir, Mas fortis adversarius.

50) *Edum* prima littera Olaph jucundus visu fuit.

51) *Etu* Æthiop. *Etzu* sors, sorte lectus.

52) *Bunger* ex *Buh* permissum licitum & nager rès, negotium.

53) *Ousad* interior intimus.

54) *Ursuur* ex *Ury* prima *ain* par dignitate, & *szur* in occulto.

55) *Boyta* e *Buh* 52) & *itab* signum, character ligamen Brachii, distinctio.

56) *Retel* & *Ret* sincerus, & *El* prima Olaph ipse.

57) *Oluptulma* ex *Olu* prima *ain* refractarius fæderis unionis.

58) *Cabari* celebritas, honor Gloria.

59) *Kazar* vallum paries, sepes. 7-*mo*.

60) *Chaba* præfectus in bello Princeps.

61) *Oba* prima *ain* Magnus Magnificus.

62) *Neke* alacres.

63) *Megere* Galea, Casside provisi.

64) *Cuturgermati.* Cuspide ferrea terribiles e *Cutu* cuspis ferrea, & *gerem* terruit terribilis tremendus formidabilis φοβερώς.

65)

65) *Turiani* e *Tur* auspiciis dediti.

66) *Genach* prima *ain* in collo torquem portantes.

67) *Kare* Æthiopicum *Karen* Clava, Grecis Κόρύνη clava provisi.

68) *Kase* Æthiopicum *Kaset Kast* arcu provisi. —

69) *Hungar* Æthiopicum *Hiunger* salvus est sermo, fama, rumor, negotium, Res est: *Hiu* salvus, incolumis, & *nager* res, rumor, negotium, acceperunt Atilam fuisse in Pannonia per traditionem, cum itaque sub Almo pervenerunt illuc, quod rumor, fama docuerat, hoc nomine sibi gratulati sunt *Hiunager* salvum est negotium. 4-*to.*

70) *Salanum* Æthiopibus *Shala* significat Clemens, facilis lenis fuit.

71) *Bulgar* ex Æthiopico *Bul* peritus, & *Gár* subegit, perdomuit.

72) *Munkáts* a radice Æthiopice *nakats* inde *ankats* Ostium, Januas, fores, vestibulum, angusta via, seu additus Provinciæ vel Regni intra montes.

73) *Chidmas* e *Chidu* Conventio, pactum fœdus, & *mai* aquæ, aquæ ad quas fœdus ictum velut *Beerseba* fontes juramenti.

74) *Chingilus* e *Kye* eructo, & *negil*, locus e Petra vel Saxo excavatus.

75) *Sabardae* Asphali *Szabar Sophel* humiliter se gerentium, cogitantium, ad Syriacam linguam pertinet.

76) *Chaganus* Legislator Princeps Æthiop. *Chagag*.

77) *Cancar* e *Can* Domini & *Karen* cornu eboris.

78) *Mazar* securis, balteus, etiam Cairus Ægypti Urbs maxima Memphis.

79) *Atelcusu* ex *Atel* mollis aqua *Chusum* mala.

80) *Scythae* e *Scythi* ultima *ain* Conjurantes, conspirantes, in secreto conventicula facientes.

81) *Tomyris* Palma *Tamrit* Æthiopibus.

82) *Araxis* ab *areg* prima *ain* de fonte scaturiit & *argy* est junci species corbibus seu fiscellis texendis utilis.

83)

83) *Jazyges Dzagu* liberalitate, donis affe-ctus, *modzigu* qui concedit, tribuit, aut, gratificatur aliquo alicui.

84) *Avàri* ab *avar* prima *ain* despexit neglexit, miseriam patientis, & simulavit se non videre.

85) *Geugeni* a *Geuge* retinuit prohibuit, impedivit coercuit.

86) *Ateas* Æthiopicum *Atu* in Patriam vel domum suam abiit accipitur de actione, durante & nondum finita, ut, si domum reversus fueris & redieris.

87) *Parthi* a *Parth* timor reverentia, numinis.

88) *Daarum* a *Dahar* fausti ominis.

89) *Arsaces* ab *Arsahsach* se ipsum reum fecit condemnavit.

90) *Sesac* a *seso* insatiabilis fuit in rebus ad gloriam nominis spectantibus.

CAPVT X.

Ni fallor, attentus B. L. filum Conjecturarum æquabili ratione ductum cernere potest, inde a summa antiquitate, colore & proprietatibus suis, idem filum esse, usque dum Hungari ad Munkáts pervenirent, sic intelligerentur, facile sequentia, quare? Natio Hungarica sua indole, & Lingua & Institutis, nil cum vicinis habeat, Commune Nationibus? Quare Lingua cum nulla aliarum Nationum vel Asiaticarum, vel Europæarum, præter Æthiopicam aliquam habeat insigniorem affinitatem? quare, artes, & Opificia tam lento passu, inter Hungaros procedant? cum enim sola Militaris Classis ex Ægypto venerit, & inibi fere in naturam abierit ut filii Patrum sequantur vitæ instituta. — Nil inter Hungaros æstimatum est diu, præter arma, donec postea Christianismus, arrogantiam naturalem, humilioribus sensationibus diluit, intelligitur, vultus niger, oculi nigri, corpora sicciora ad equitationem comparata, ad mæstitiam

animus inclinatus, in Musica, Cantu, Saltu, circa funebres apparatus, mora, & quædam complacentia, Habitationes instar tentorii in pluribus cumulis ædificia, circa habitationem principalem dispersa, culina ab ædibus remota, sacellum sub tecto habitationis principalis, amor Equorum, Venationis, Piscationis, in Vestibus duo extrema, aut laxitas nimia, aut arctitudo, fæminarum tristis in conversando modus, & vita ad quotidianum usum pertinentium incuriositas, amans quietis, & silentii, intelligitur, sedes primorum Hungarorum fuisse, Pontum Euxinum a sinistra, a dextra montes Georgiæ & Persiæ, a tergo Arabiam, Syriam, intelligitur hac in situatione Nationem armis cultam evocari potuisse in Persiam, & eam sibi amicam habuisse, ut connubia affinitates intercedere, per Romanos ad Auxilium applicari, & in arcanis Consiliis pondus habere, potuisse, intelligitur cur ab antiquis plane temporibus Hungaria in albam & nigram divisa sit, quod hæc in gleba nigra, originalem sanguinem conservaverit, & pertinacius conservet, cum Originalibus moribus, lingua institutis; illa, per connubia & socialia instituta cum

vi-


vicinis Nationibus, cultura morum & indolis Originales inflexerit inclinationes. Intelligitur in Hungaria nigra prædilectio Religionis unde oriatur, melancholicæ vacuæ ab artibus quas humanæ & amæniores sensationes exposcunt, Pictura, Architectura, Musica; horum vero usus in Hungaria alba; quæ sicut a Tibisco ad Austriæ limites procedit, ita nigra a Tibisco in montibus, qui Transilvaniam a Moldavia secernunt finitur. Nolo pluribus consequentiis Lectori attento molestus esse, quod si Deus T. O. M. otium, vires, vitam, & subsidia concedere dignatus fuerit, per totam linguam Hungaricam, Æthiopum, Tincturam & colorem manifestum esse, alio specimine demonstrare conabor; nunc L. B. vale.

CONJECTVRARVM

DE

ORIGINE, PRIMA SEDE, ET LINGVA HVNGARORVM

PARS TERTIA.



BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS PESTANAE.

1806.

Deus in auribus nostris audivimus, patres narraverunt nostri opus quod operatus es in diebus eorum: Tu manu Tua gentes expulisti, et plantaveras eas, malefecisti populis et emisisti eos. Quia non in gladio suo, possederunt terram, et brachium eorum non servavit eos: Sed dextera Tua, & brachium Tuum, et Lux facierum Tuarum, quia voluisti eos.

Ps. 44. *versu* 2. 3. 4.

Lector Erudite!

Antiquitatis studium, utilis maxime, & proficua Meditatio est, de Nationum & Populorum, Origine, Sede, Flore, & Dispersione, ex qua intelligimus Oeconomiam Divinæ Providentiæ, & edocemur, fluxa esse illa & inconstantia de quibus gloriamur, locandamque esse Fiduciam in Illo, qui ad fines nobis occultos, toti tamen Humanitati proficuos, Populorum vertit Fata & Temporum decernit mutationes. Ex Asia rediens „ait Servius Sulpicius" cum ab Aegina Megaram versus navigarem, cæpi regiones circum

circa prospicere, post me erat Aegina, ante me Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus, quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta, ante oculos jacent. Cœpi egomet mecum sic cogitare, Hem! nos Homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant? Vis Tute Servi cohibere, et meminisse hominem Te esse natum? Antiquitatis studium amanti non oppidum ut Servio, sed Regnorum vastissimorum interitus, florentissimorum Populorum dispersiones, attentionem proritant, & cum advertit Gentium quarundam dumtaxat superesse nomina & de veris eorundem sedibus, omnia persæpe esse incerta, intelligit profecto, Vim occultam, Res mundi disponere et quæ ad societatem Humanam pertinent, dispensare. Nam caduca nimium & fragi-

lia

lia „ut ait Valerius Max. puerilibus consentanea crepundiis sunt ista, quæ vires atque opes Humanæ vocantur: affluunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in Persona, stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo fluxu Fortunæ, huc atque illuc acta, quos sublime extulerunt, improviso recursu destitutos, profundo Cladium miserabiliter immergunt.“ Quæ ne ut generalia citius quam oportet avolent, et Lectoris imaginationem sine profundiori stigmate evanescant, Vitalis Jani de Roma imaginem hic suo loco futuram judico.

Qui Romam in media quæris novus advena Roma
    & Romæ in Roma, nil reperis media
aspice murorum moles, præruptaque saxa
    obrutaque horrenti vasta theatra situ,
hæc sunt Roma viden! velut ipsa cadavera tantæ
    urbis adhuc spirent, imperiosa minas.
Vicit ut hæc mundum, visa est se vincere, vicit
    a se non victum ne quid in Orbe foret.

nunc

nunc victa in Roma victrix Roma illa sepulta est,
atque eadem victrix, victaque Roma fuit.
Albula Romani restat nunc nominis index
quæque etiam rapidis, fertur in æquor aquis
Disce hinc! quid possit fortuna: immota labuntur
et quæ perpetuo, sunt agitata, manent.

Humanum genus ritu fluminis ferri constantissime experimur, sunt hinc inde antiquorum Populorum vestigia, aliorum nullum est, nec vestigium nec memoria. China, India, Ægyptus, Persia, Matres sunt, quæ ab antiquissimis temporibus, ejusdem speciei Hominem in sinu foverunt suo, Hebræi per totum dispersi mundum, antiquitatis suæ circumferunt Documenta, sunt præterea quædam, hinc inde antiquarum Gentium fragmenta quæ moribus, indole, Lingua, Heterogeneum observatoribus ostendunt, quin appareat, quo eorum Origines referendæ sint. Horum in numero Natio Hungarorum quoque habetur, & magna animorum contentio-

ne,

ne, insignis Eruditorum numerus digladiatur, ut huic Illustri Genti, quæ antiquitus fuerit Sedes & Origo, & unde in Pannoniam pervenerint, evictum dare possint. Defendit pars una Patriis traditionibus & veterum testimoniis nixa, Scythicam eamque Orientalem fuisse Genti antiquitus Sedem, Pars altera nominibus locorum, similitudine vocum inducta Scythiam in Septentrionalibus quærit Regionibus, nec admittere pacata est, ea quæ de Scythis, Hunnis, Avaribus, Hungaris dicuntur, ad eandem prorsus gentem esse referenda, sed quamvis

Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in undis
ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque
occurrensque sibi, venturas aspicit undas
et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
incertas exercet aquas — — —

sua mora, suis gyris tamen neminem inducit, ut eundem qui toties refluitque fluit-

fluitque, alium esse amnem opinetur, sic ne gentium, quidem & populorum motus, omnes directione æquali supputandi sunt, modice quippe evolutis Annalibus mundi occurrit, diversissimis flexibus & modo plane serpentum, se populos jam in longum porrexisse, jam vero spirali motu ad id, quod sibi proposuerant pervenisse, accidit etiam ut vehementius pressa extremitate, serpens totus in angustum circa caput se spatium colligat. Parte Conjecturarum prima Celebrem Scriptorem Historiæ Patriæ Stephanum Katona secutus, interprete obscurorum nominum in subsidium lecta Lingua Æthiopica, Gentem quæ suam Linguam a prædicta ditasset, Orientales sedes habuisse conatus sum ostendere, Parte secunda, Mores, Religionem, Linguam Monumentum in Dées Tincturam ab Æthiopibus accepisse luculentis argumentis evincere conatus sum. Nunc Parte tertia de Scythiæ vera

Situa-

Situatione, Historia a Scythis actorum, de Scytharum bellis & fæderibus usque ad Attilam, de eorum gestis post ejus obitum usque ad tempora septem ducum, disserere institui, ut sic instituto meo, quæ ad fidem Historicam promerendam facere possunt, eorum me nihil neglexisse videri possim. Ne vero Lector Eruditus opinetur, illa me texisse aut prætervidisse, quæ ab eruditis adversæ sententiæ dicuntur, omnia accuratissime excerpta, in medium collocavi, ut nunc jam uno obtutu causæ totius situatio, sine magno labore in examen vocari possit. Subsidiis amicorum sequentibus usus sum, Optimus & Cl. Joannes Chrysostomus Hannulik Director Scholarum Piarum opus Desericii de initiis & majoribus Hungariæ; Manuscriptum sub larvato nomine Capacrii Cornicini, Amænitates Kollarii; Cl. Michael Tertina Pro-Director & Professor Acad. M Varad. opus Samuelis Bocharti

de

de Divisione Populorum, Belii App. Gurtleri orig. Mundi, Timon. Icon. Hung. ant. Cl. Emericus Sandor Physicus L. R. Civ. Szathmar Hist. Reg. Hung. e probat. Script. Synoptice deductam Pos. edit. 1804 typis Georgii Aloysii Belnay, litterarum & litteratorum amicus Petrus Mandy I. C. Szathmar Hon. Not. opus Pauli Bereghszaszi et Samuelis Gyarmathy & Epistolam Manuscript. Turkolii ad suos de antiqua Sede Hung. ut evolvere possem, effecerant. His usus subsidiis quod Tibi Erudite Lector offerre decrevi, sequentibus in Capitibus hoc ordine deprehendes.

CAPUT I.

De Scythia & ejus antiquissimis temporibus situatione.

CAPUT II.

De originibus Scytharum apud antiquos Scriptores non ignoratis, & obscuritate Originum, Populos Septentrionis concernentium.

CA-

CAPUT IX.

De Religione Scytharum, & Hungarorum.

CAPUT X.

Orientalium Linguarum subsidio obscura in Historia nomina explicantur.

CAPUT XI.

De Lingua antiqua & moderna Hungarorum.

CA-

CAPUT I.

Etsi Asia pars Mundi vastissima sit, & probatissimi Scriptores claris notent verbis, Scythiam duplicem fuisse, minorem in Europa, majorem in Asia, tamen recentiores Scriptores, non attentis antiquorum Traditionibus, a Tanai, vix salutata Asia in Boreales Europæ plagas excurrunt; ut ibi Scytharum nobis ostendant incunabula. Parte Conjecturarum 2da Colchidem ad Phasim fluvium in Scythiæ fere medio locatam vidimus, si Senecæ testimonium de Colchide cum Geographicis comparemus Tabulis, Regnum Aætis a Ponto ad caucasum usque a Phaside ad Thermodon fluvium usque ex uno latere versus Meridiem, ex alio latere vero a Phaside ad Tanaim, a Tanai ad Istrum usque se extendit. Pomponius

nius Mela de Danubio inquit „ille *fluvius, qui Scythiæ populos* a sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quam desinit nomine exoritur, nam per immania magnarum Gentium diu Danubius est, deinde aliter cum appellantibus accolis fit Ister." Strabo vero quousque ultro Scythia a Phaside pertinuerit, sic docet „Omnes vero ad Themiscyram, & qui circa Thermodontem, Ophim, Cissam, & Abzarum, in linea curva circa Pontum Euxinum, qua is Orientem maxime spectat, ad fluvium usque Phasim, qui Colchorum est, ducenta pæne milliaria emetitur" Campos vero Themyscyros Scytharum & Amazonum Sedes fuisse, sequentibus patebit e testimoniis. Virgilius nempe inquit

Quales Thraiciæ qum flumina Thermodontis
pulsant & pictis bellantur Amazones armis

Et Propertius

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodontæis turba lavatur aquis.

Valerius etiam Flaccus Lib. Argonaut. 4°.

Quid memorem quas Iris aquas quas torqueat Ancon,
proxima Thermodon hic jam secat; arva memento
incluta amazonidum, magnoque exorta gradivo
Gens ubi — — — — — — —

Cæterum Cappadociam „ait Cl. Bunonis in notis ad Cluver. Pag. 466." Strabo in duas

Sa-

Satrapias a Persis divisam tradit, eam quippe quæ Magna dicitur, ut Cappadocia ad Taurum, & alteram quæ Pontica vocatur & Pontus: quam Arias Montanus ex Onkelo docet esse Hebræorum Caphtorim. Porro Cappadocia a veteribus tribuitur Amazonibus, quarum Regina fuit Penthesilia. „Pontus Euxinus vero ab auctoribus, Mare Caucasium, Scythicum Sarmaticum, Amazonum, Cimmerium, Ponticum, Tauricum, Colchicum, Phasianum nuncupatus est. „Explicatis omnibus Europæ partibus, tempus est Tanai trajecto Asiam ingredi. Hæc quippe inquit Cl. Cluver: Europæ connexa, imo innexa, cum & *Scythæ Asiatica gens*, in Europam amplissimo tractu protendantur, & *Sarmatæ Gens Europæa*, *ultimos fines in Asiam non minori tractu extendant.*" Maris pars illa septentrionalis, qua se populi Sarmatici versus Asiam extendebant, Fretum Anian & Mare[1] Scythicum nominatum est.

§. 2.

Quia Sarmatæ Gens Europæa, ultimos fines in Asiam non minori extendebat, ut modo docentem audivimus Cl. Phil. Cluver: cavendum est, ne duos sibimet vicinos Populos, ejusdem fuisse Originis, defendamus. Scytharum Asiaticorum pars magna fuit, quæ

vitam

vitam sequebatur Nomadicam, ea ad mare Scythicum, id est Pontum Euxinum, qui inter alia nomina & Mare Scythicum audiebat, suas habuit Sedes, fuere dein Populi Sarmaticæ Stirpis, atque illi etiam ad Mare Scythicum habitasse dicuntur, quod Fretum Anian etiam hoc nomine ab aliquibus Autorum nuncupatum fuerit. Certum interim est, Sarmatas in Asiam pertingentes circa Fretum Anian, cum Scythis, circa Persiam ad Indiarum fines usque sedem habentibus, nulla ratione comiscendos esse.

§. 3.

Massagetæ et Sacæ fuerunt illæ gentes Scythicæ Asiaticæ Originis, qui Populis e Sarmatia in Asiam se altius insinuantibus vicini fuere. Phil. Cl. inquit, Sacarum Gens magna, nunc Thurchostan & Tagulistan nominatas Provincias, in confinibus Indiæ habitavit: atque in his Populi omnium Scytharum nobilissimi Massagetæ „& Cl. Bunonis ad hunc locum in notis inquit" Sacæ Sogdianis finitimi, sine urbibus per deserta habitarunt, ab occasu habent Sogdianam, a Septentrione Scythiam intra Imaum, ab ortu Scythiam extra Imaum, a Meridie Indiam intra Gangem. Massagetarum fines ita describuntur ab autoribus; ut a septentrione Oceano, ab occasu Obio & Rha

amni-

amnibus, a Meridie Caspio Mari & Oxo fluvio fuerint inclusi: Massagetis itaque & Sacis vicini erant Populi Sarmatici, qui in Asiam usque se extendebant.

§. 4.

Scythiæ itaque situationem, ductu illorum, quæ duabus partibus prioribus Conjectarum & superioribus Paragraphis insinuata sunt, sic absolutam fuisse judico. Scythiam minorem, ab ostiis fluminis Istri, ad Tanaim usque situatam fuisse nemo dubitat, a Tanai vero, ad Thermodonta fluvium usque, Scythiam Asiaticam continuatam fuisse, e facinoribus Scytharum, quæ Syriam, & Persiam suo habuere pro Theatro, manifestum erit e sequentibus. Senecæ testimonium hoc loco suspectum esse non potest, cur enim Medeæ de Patris Regno assentaretur, & pro vero mendacia ex ore Reginæ funderet, ratio nulla videtur, non ille scilicet ut Virgilius Æneam, ad exornandas Res Romanorum, figmentis ad gratiam aucupandam vestire debuit: & firmis oportet eum traditionibus provisum fuisse, cum tam accurate totam complectitur Scythiam, quid enim luculentius, quam dum ait: „Afflicta quondam nobili fulsi Patre, Avoque, Clarum Sole deduxi genus quodcunque *placidis flexibus Phasis rigat, Pontusque quidquid Scythicus*

a tergo videt, palustribus quæ Maria dulcescunt aquis, armata peltis, quidquid exercet cohors, inclusa ripis Thermodontiis, hoc omne noster, Genitor imperio regit."

CAPUT II.

§. 1.

Scythiam sic ut Paragraphis superioribus declaratum est, situatam fuisse e Josepho quoque Flavio contra Appionem Lib. 1mo discimus, nam cum Appio, obscuritatem Hebræis objecisset, Flavius respondet: „Quo factum est, ut Phænices negotiationis causa, ad Græcos navigantes, statim agniti fuerunt, & per illos Ægyptii, dein omnes, a quibus ad Græcos Onera proferebant, immensa Maria pertranseuntes, Medi vero & Persæ, illis innotuerunt, postquam Asiæ imperarunt, Persæque præcipue, cum usque ad alterum continentem expeditiones fecissent, Thraces autem propter vicinitatem, *& Scythæ ab iis qui in Pontum navigant, cogniti sunt*" Conjecturarum parte 2da Cap. 4to ostendi Ægyptios Pontum Euxinum frequentasse, & usque in Græciam Colonias emisisse Phæniciorum quod in Ponto Euxino creberrimæ commercii causa expeditiones locum

cum habuerint ex opere Cl. Danielis Huetii de Re Nautica & Commercio antiquorum discere possumus.

§. 2.

Non eadem sors, quæ Scythis e sua situatione obtigit, ut ab antiquissimis temporibus noscerentur, Populis Sarmaticæ Originis in partem venit, atque ut diu laterent voluit, & de eorum statu a societate litteratorum, quæ Dictionarium Hist. de Viris, qui Factis & Nomine inclaruerunt Chronologiæ Pag. 198. sequentem legimus descriptionem: „Moscovia olim tam rara in relatione fuit, cæteris cum Populis Europæ *ut illius ignorentur penitus in Historia Origines*. Hoc notum est, circa finem Sæculi 10^{mi} Russos, Bulgaros, & Turcas inita Societate, Thraciam depopulatos fuisse; illud fere pro certo habetur Wladimirum regnasse in Russia 987. & Sacris Christianis initiatum fuisse, atque ejus vix sciuntur Successores: illud quod de Russia nunc tam potente ex Annalibus notum est, illis in Regionibus, miscelam Christianorum Semibarbarorum fuisse, quæ Tartaris e Casan subdita fuit, Dux Russorum huic Populo annuum tributum præstare debuit, tam in Argento, quam *Pellibus* & Pecoribus. Dux ipse tributum Legato Tartarorum, pedes obviam veniendo, exhibere debuit, & se coram Legato prosternere, Lac postea ad bibendum

propinare, cujus si aliquot guttæ, in collum Equi cui Legatus insidebat laberentur, Principis erat eas lambendo tollere. Non solum vero Tartari e Casan Russos vexabant, sed ex alio latere, Lithuaniæ & Ucraniæ populi, illis permolesti fuerunt, Tartari quoque e Crimæa irruptiones tentabant, & tributo annuo placari debuerant. Anno demum 1474. Russorum Sors mutata est, Viro magnanimo nato, qui dispulit ignaviam, erat ille Johannes Basilides, qui eos a Jugo Tartarorum liberos præstitit, sub quo jugo tribus vixerunt jam Sæculis. Hic suis ditionibus Neogradum & Civitatem Moscon adjecit, Lithuanis bello fractis. Regnantes sub Czar nomine postea, nomen sibi & gloriam pepererunt, maxime cum 1551. alter Johannes Basilides Casan e Tartarorum manibus extorsisset. Russi tamen perpetuo pauperes, & semi barbari, negotiis Europæis se non immiscuerunt, nisi raro in Bellis cum Suecia, ob Finlandiam. Initio prioris Sæculi, inexplicabili confusione Russia laboravit, ambivere Tronum plures impostores, Urbs viginti factionibus plena erat tumultuum, cum interea Poloni imperium affligerent, & Sueci integras usurparent Provincias. Tum enituit Petrus Imus magnus ille Septentrionis Heros, qui utrinque Sago & Toga, Clarus, Russiæ novum infudit Spiritum, Consiliis sapiens; effecit omnia quæ voluit: multa arte mores sui

Po-

Populi castigavit, Milites disciplinæ assvefecit, & artibus & cultura omnem Barbariei asperitatem tollere conatus est.

§. 3.

Cum superiore paragrapho exposita, vero consona sint, quis non miretur Scriptores Historiæ Hungaricæ, inde Origines Hungarorum derivandas esse, opinari, cum vel Attila 800 plane Annis Æram illam, qua Russi in notitiam pervenerunt, præcesserit, & cum Sæculo 10 Russia velut Embryo adhuc modica suæ existentiæ posset dare indicia, Hungari jam Sanctum Stephanum, Virum vita & factis illustrem in Trono habuerint: sed jam & ante Attilam, Scytharum Gens antiquissima nota fuit, ut vix Bellum aliquod peractum est, in quo non, quanta animorum Vi inter arma versari possent, ostendissent. Justinus Lib. 2do Cap. 1mo inquit: „In relatione Rerum a Scythis gestarum, quæ satis amplæ, magnificæque fuerunt, principium ab Origine repetendum est. Non enim minus *illustria initia*, quam imperium habuere, nec virorum imperio magis, quam fœminarum virtutibus claruere, quippe cum ipsi Parthos, Bactrianosque, Fœminæ autem eorum Amazonum regna condiderint: prorsus ut Res gestas virorum, mulierumque considerantibus, incertum sit, uter apud eos

Sexus

Sexus illustrior fuerit. Scytharum Gens antiquissima semper habita — — —

§. 4.

Imperium Asiæ „inquit Justinus Cap. 3tio" ter quæsivere, ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti, aut invicti mansere. Darium Regem Persarum turpi ab Scythia summoverunt fuga. Cyrum cum omni Exercitu trucidaverunt, Alexandri magni Ducem Zopyrum, pari ratione cum copiis universis deleverunt. Romanorum audivere non sensere arma. Parthicum & Bactrianum imperium ipsi condiderunt. Gens & laboribus & Bellis aspera; vires corporum immensæ, nihil parare, quod amittere timeant, nihil victores præter gloriam concupiscunt; Primus Scythis Bellum indixit — — Vexoris Rex Ægyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi Legem dicerent: sed Scythæ arreptis armis, obviam venienti cum Exercitu Regi iverunt: quos cum tanta celeritate, venire Rex addidicisset, in fugam vertitur, Exercituque cum omni apparatu bellico relicto, in regnum trepidus se recepit — — Scythis Asia per 1500 annos vectigalis fuit: pendendi tributi finem Ninus Rex Assyriorum imposuit.

§. 5.

§. 5.

Effatum Justini: „Scytharum Gens antiquissima semper habita" Cl. Bochart in erudito opere Phaleg: „sic vere dictum fuisse probat." Videtur mihi Magog esse Prometheus 1mo quia ut Japheti filius Magog, ita Prometheus Japeti. 2do Et Caucaso Prometheus affixus fuisse fingitur, quia vel ipse vel Gens Scytharum, ab illo oriunda in Caucaso fixit Sedes. 3tio Et ignem e cælo in terram detulisse, quia metallis omnigenis in Soxnis & Colchide, & Iberia effossis, artem metalla igne excoquendi, aut invenit, aut a Tubal Caino, inventum restituit (aut in Scythiam intulit) id non latuit Æschylum, Poetam vetustissimum, qui Prometheum induxit ita loquentem:

Χαλκον Σιδηρον Χρυσον τετίς
Φησεῖεν ἂν πρόσθεν εξευρεῖν ἐμοῦ.
Argenti & Auri, Ferri & Æris ante me
metalla quis se reperisse dixerit?

4to Et tota Fabula de Promethei Corde & Hepate, quod ab Aquila erosum contabescit, videtur niti nomine Megeg, fit enim nomen Magog, ab Hebræo מוג Mug vel מגג Magog, cujus Hitphael התמגג Hitmogag, quod de anima & corde usurpatum, dissolvere & contabescere significat, atque omnino frangi & cruciari sic Psal. 107. 26. anima eorum in malis התמגג

Hith-

Hithmogag contabescit. Et Ezechielis 21. 15. למען למוג לב ut contabescat Cor. Chaldaice למתבר לבכון: & Græce ὅπως θραυσθῇ ἡ καρδία αὐτῶν ut frangatur vel ut vulneretur Cor eorum. Qui ipsissimus est, morbus, quem Prometheo Poetæ tribuunt. „Sed Magog significat etiam liquefacere, vidimus in Æschylo laudes Promethei a fusione Metallorum, hinc nomen magis ab hac Arte Originem habere videtur. Rex Magog, der Schmelzer-König."

§. 6.

Urbs Hierapolis 5[to] quæ teste Plinio, a Syris Magog vocabatur, ab hoc eodem sive Magog, sive Prometheo, videtur traxisse nomen, quia Prometheus, filius Deucalion Scytha putatur hanc condidisse, & in ea consecrasse templum Deæ Syriæ, οἱ μεν ὦν πολλοι Δευκαλίωνα τον Σκύθεα το ἱρον εἵσασθαι λεγουσι plerique igitur Deucalionem Scytham templum consecrasse dicunt: proinde nomen Magog Urbi inditum, vel ab ipso conditore, vel a Syris in Conditoris memoriam, qui filius fuisse Magog & e Terra Magog in Syriam venisse credebatur: & Libro 3[tio] Cap. 13[tio] Phalog Magog Ambrosio Gothorum, Eusebio Celtarum, & Galatarum authori Chronici Alexandrini Aquitanorum, Chaldæis Germanorum, Arabibus Tartarorum, Josepho, Eustathio, Hieronymo,

&

& Theodoreto Scytharum Pater fuit, quod verissimum."

§. 7.

Quod vero Magog Scytharum Pater fuerit, colligitur e verbis Ezechielis Cap. 38. v. 2.: „Pone faciem Tuam contra Gog in terra Magog נשׂיא ראשׁ מֶשֶׁךְ וְתֻבָל Principem Capitis (Montium) Mesech & Thubal ad Principem Rhos (Montium) Mesech & Thubal utramque versionem verba Hebræa ferre possunt, priorem sequuntur Chaldæus interpres, Aquila, Hieronymus. Posteriorem ἄρχοντα Ρως Μοσοχ καὶ Θοβελ septuaginta interpretes, Symmachus, Theodotion, & Proclus Episcopus apud Socratem Hist. Lib. 7. Cap. 43. utram vis sequare nostra nil refert: quia ex utraque videtur, sequi terram Magog esse in Scythia, Arabice saltem constat in Geogr. Nubiens. Rhos vocari Araxem: in Armenia duo sunt inquit fluvii magni nominis, nempe נהראלרס ונהראל נר fluvius Rhos & Cor (i. e. Araxes & Cyrus) ambo ex occasu ad ortum labentes, & quidem fluvius Cyrus, qui magnus est & naviger, oritur prope Montem Caucasum, & excurrens ad Tiflis (Zalissam Ptolomæi) indeque tendens ad fines Hannua & כמבגן uno puncto addito quo Arabice N. & T. differunt, legerim Samcut potius, ut sit Ptolomæi Σαγζουτα Sanguta qui con-

confluit cum fluvio Rhos i. e. Araxe & exit in Mare אגחזר Caspium similiter flumen Rhos i. e. Araxes est magnum valde egreditur e partibus, ארמניא אל והדה Armeniæ interioris (non minoris ut habet latina versio) e Calicala (Tarris Cara Chala i. e. nigrum Castellum) cætera ibi vide & confer cum itinerario Guilielmi Rubruquis Cap. 49. ex his cum constet plus satis Rhos esse fluvium Araxem, est & cur putem accolas eodem nomine appellari.

§. 8.

In Josepho Ben Gorion hæc legere est Cap. 1. Venet. Edit. — Rhossi habitant ad fluvium Cyrum, qui defluit in Mare Georgium id est Caspium. Cyrum pro Araxe dixit, quia sunt vicini amnes, quique adeo confluentes, uno & eodem ostio, in Mare Caspium exeunt; & ad utrumque Rhossi habitant, in Regione interamni, quæ Græcorum est Araxene. Ex ista interpretatione verborum Ezechielis hæc erit Paraphrasis: „Pone faciem tuam contra Gog, obfirma vultum tuum ad prophetandum contra Regem Scytharum, in Terra Magog, qui Regni sedem habet in Scythia prope Caucasum, Principem Rhos, Mesech & Thubal Principem Armeniæ; Moschiæ & Tibareniæ, regionum contiguarum, quæ tunc erant Scythici juris, Scythas enim vel Sacas, quod idem est,

impe-

ſimperii sui limites, eousque promoviſſe, diſertis verbis testatur Strabo, Sacæ inquit optimam Armeniæ Regionem occuparunt, quam a ſe Saccaſenam denominarunt, & usque *ad Cappadoces*, eos maxime, qui Pontici dicuntur, ad Mare Euxinum progreſſi ſunt. Quin Scythæ in Trogo leguntur juxta Thermodonta conſediſſe, & Thermodon fluvius eſt Scythiæ in Plutarcho de fluviis. Nec deſunt, qui Scytharum ſedem circa Araxem antiquiſſimam fuiſſe volunt: ita habetur in Herodoto Scythas nomades, qui Aſiam incolunt, cum a Maſſagetis bello vexarentur, Araxe trajecto, in *Cimmeriam* abiviſſe — — circa eadem loca Magynonum fuit Sedes, quos inter Scythiæ Populos, verſus Thraciam & Tanaim Tibullus ita indicat in Panegyrico ad Meſſalam:

Quaque Hebrus, Tanaiſque Getas rigat atque Magynos.

Porro ut Rhos & Meſech Ruſſi & Morchi, ita Magyni (Magyari) a Magog videntur traxiſſe nomen.

§. 9.

Tanta in obſcuritate locata Hiſtoria de Originibus & prima Sede Populorum, Scytharum incunabula & primas Sedes tam accurate edoceri, omnem Lectoris meretur attentionem, Prometheus qui fuit Japeti filius; Pater & Conditor Gentis eſt, qui ſecundum Cl. Simſon in

Chron.

Chron. Cath. Part. 1. Pag. 118. vixit 2418. anno mundi 1585. ante Christum, 69 Amrami, ut hinc appareat Legislatorem Scytharum decem annis prius quam Legislatorem Hebræorum natum fuisse. Fuit vero Prometheus ut ipsum nomen indicat, vir prudentissimus ἀπὸ τῆς προμηθειας id est a Providentia, sic appellatus, qui quod rudes homines, ad Humanitatem informasset, hominem ex luto finxisse, quod in Caucaso monte, Syderum cursus observaret, affixus Caucaso, quod ignis eliciendi e Silice, alendique rationem invenisset, aut primus aperuisset naturam fulminis, ignem Diis surripuisse, & quod ingenti sollicitudine ac cura huic studio addiceret animum, aquila jecur ejus exedisse dicitur.

§. 10.

Filius Promethei fuit, prosequitur Cl. Simson Deucalion, Atlas vero Mauritaniæ Rex Frater Promethei, Astrologiæ studio eodem animo & cura incumbens. Deucalione in Syria, urbis Hierapolis, quæ alio nomine Magog dicta fuit, fundatorem fuisse, tradit Lucianus de Dea Syria, hujus ævo in Thessalia Diluvium fuisse traditur eumque fugisse in Montem Parnassum (hæc vox Parnassus originis esse Hebraicæ mihi videtur & componi e פרהר נבע Pharnassa huc in montem fugit). Hujus Deucalio-

calionis filii fuere Hellen & Amphyction. Diluvium Deucalione regnante A. M. 2492. A. C. 1511. Moysis 65. obtinuisse dicitur, & hac inundatione durante, Dardanus Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes dicente Virgilio Lib. 7. v. 207. Filii Hellen, fuere Xuthus, Æolus, & Dorus. Æoles nunquam Litteram X recepe-runt, hac de causa Σκενος scribebant in locum ξενος, atque hac ratione Xuthus Æolice Σκυθος Scythos scriptum est, & hinc Scytharum nomen natum esse probabile videtur.

CAPUT III.

§. 1.

Non minorem Lectoris attentionem meretur, id quod Cl. Bochart in suo Phaleg de Colchide elucubratus est, dum inquit „Casluchæos item seu Colchos, ex Ægypto venisse docebat, color ater, Crispum Capillitium, Circumcisionis ritus, & quod eodem modo linum elaborabant, vita denique omnis & Lingua similis. Ex quibus notis hos Ægyptii generis fuisse, colligunt Herodotus, Scymnus, Diodorus, Dionysius Periegetes, Valerius Flaccus, Ammianus, Agathias & plures alii, quos suo loco citamus. Atque ut Casluchæis vicini Caphto-

ræi,

ræi, ita Sideni, Colchis: nempe Side idem, quod Caphtor, hoc est malum Punicum. Itaque Caphtoræos veteres magno consensu in Cappadocia ponunt, ubi Side prope Colchidem. Turbat ut quod Casluchæi & Caphtoræi ex Ægyptiis, ita ex Casluchæis & Caphtoræis Philistæi dicuntur orti. Porro parum credibile nonnullis videbitur, ut Coloni ex Ægypto in Colchidem profecti, alios Colonos remiserint, in Palæstinam, cum loca tam sint dissita; sed utriusque itineris vestigia sunt in Poëtis, qui Typhonem Ægyptium memorant, ad Caucasum usque progressum & post aliquot pugnas Saucium pedem retulisse, & in Palæstina exspirasse prope lacum Sirbonidem.

§. 2.

Argumentum prioris Paragraphi sic illustrat Cl. Bochart. Lib. 4. Phaleg Cap. 31. „Casluchæos dicit Moyses, Ægyptiorum esse *απογονους* & Philistæorum esse *προγονους* hos si Colchos esse dixero, qui ab Ægypto & Palæstina, tanta terrarum sint intercapedine dissiti, vix impetrabo fidem, tamen habeo rationes, quæ me non impellunt modo, sed & pæne invitum trahunt in hanc Sententiam. Primo Colchos esse Ægyptiæ Originis, constans fama est, inter veteres, atque eo deductos scilicet a Sesostri Rege Ægyptio Apoll. Argonaut. Lib. 4. v. 277.

Æa

> Æa tamen stat adhuc immobilis, atque nepotes
> horum quos Pharius Rex degere jusserat Ææ.

Æa Colchidis urbs est, vetustissima, in quam Ægyptios a Rege Sesonchide, qui aliis est Sesostris, Sesoosis, translatos fuisse narrat Scholiastes, *τίω Αἶαν φησιν ἀπο που Σεσογχίδα Χρονων μεχρις αυτε μενεῖν ἀδρανυσθον, κί τους εκεινων ἀπογονους τους απο Σεσονχιδος — — κατοικισθενζας*" Æam dicunt a temporibus Sesonchidis usque nunc existere illibatam, & nepotes illorum, qui a Sesonchide hic Sedem acceperunt. Dionysius Periegetes v. 689.

> Intima sed Ponti, post fines Tyndaridarum
> Ægypto missi Colchi tenuere Coloni.

Festus vero Avienus.

> Impiger has propter Colchus colit. Iste feraci
> exul ab Ægypto Celsæ ferit aspera rupis.

Valerius Flaccus Argonaut. Lib. 5. v. 421. de Sesostri

> — — — — ut Clade suorum
> territus, hos Thebas patriumque reducat ad amnem
> Phasidis hos imponat agris, Colchosque vocari
> imperet. — —

§. 3.

Neque id Poëtæ solum inquit sed & Historici tradunt Herodotus „nam id quidem apparet, Colchos esse Ægyptios." Diodorus „ajunt quosdam Ægyptiorum, circa Mæotidem palu-

paludem, derelictos, constituisse Colchorum gentem" Strabo etiam Lib. 1. meminit Ægyptiorum in Colchos μεταςασεως." Et Ammianus Lib. 22. Colchos appellat Ægyptiorum antiquam Sobolem, & Agathias Lib. 2. dicuntur autem Colchi Ægyptiorum esse Coloni, sunt etiam indicia, quæ nemo prudens rejecerit, perinde enim Colchos, ut Ægyptios observat Herodotus fuisse atri coloris, & crispi capillitii, & jam ante Herodotum, Pindarus apellaverat, nigros aspectu, seu facie, verba sunt Pyth. 4. v. 376. ubi nigris aspectu Colchis robur suum — miscuerunt. In quæ Scholiastes ὅτί Αιγυπτίων αποικοι εισιν οἱ Σκοθαι δια κί μελανχροας αυτους ἐιναι λεγουσιν. Quia Ægyptiorum Coloni sunt Scythæ (i. e. Colchi) proinde etiam illos ajunt esse atricoloris, atque inde esse videtur, quōd Ecclesiastici Scriptores Colchos Æthiopes appellent, & Colchidem Æthiopiam, Hieronymus in Catalogo de Apostolo Mathia „in altera Æthiopia, ubi est irruptio Apsari & Hyssi portus prædicavit Evangelium. In altera Æthiopia, vel ut Sophronius habet εντῃ δευτέρα id est in Colchide, ibi enim Apsarus amnis & Hyssi portus est, in ipso terræ flexu ad Aquilonem paulo supra Trapezuntem, vide Ptolomæum, & Arrianum in periplo. Sic de Andrea Sophronius „magnæ Sebastopoli prædicavit, ut Apsari est irruptio, & Phasis fluvius, illic incolunt Æthiopes interiores; mallem

lem οἱ ἑτεροὶ alteri ut Hieronymus. Ptolomæo Sebastopolis, eadem quæ Dioscurias, Colchidis, emporium adeo clarum, ut trecentæ in illud Nationes, quæ dissimilibus Linguis uterentur, mercaturæ gratia confluxerint. Ita ex Timosthene Plinius, qui addit a Romanis 130 interpretibus negotia ibi gesta.

§. 4.

Addit Herodotus circumcisionem tam fuisse in usu apud Colchos, quam apud Ægyptios & Æthiopas, neque id ex recenti instituto, sed ἀπ᾽ ἀρχῆς ab initio, & Diodorus „Ægyptium esse hoc genus, argumento esse, quod Ægyptiorum ritu, incolæ circumcidantur, prisco illo more, apud Colonos manente, quomodo etiam apud Judæos: sed nihil magis urget, quam quod ab Herodoto additur, „vita etiam omnis & Lingua est apud utrosque similis.“ Etiam Ægyptium id fuit, quod Colchorum Rex vetustissimus Aætes, dicitur esse Solis Filius, ita enim de Rameste Ægypti Rege inscriptio vetus, quam ex Ægyptio Sermone, in Græcum interpretatus est, Hermapion „Rex Ramestes, Filius Solis in æternum victurus: sed & Æthiopiæ Regibus, qui Ægyptii generis erant, idem persvasum, unde est, quod Regina Æthiopum ita loquitur Lib. 4. Heliodori“ testis vocetur Sol, nostri generis Autor & rursus Lib. 10. Sol autor ge-

neris majorum meorum: præterea Magicæ Artes, utrobique in multo usu, Colchæ erant Circe & Medea, & Ægyptii Janes & Jambres (aliis Mambres) qui Mosi obstiterunt.

§. 5.

E Colchide venisse fertur Marsyas Philosophus Euseb. Chronic. Lib. 1. Cap. 32. *κατα τουτους δε χρονους, κι Μαρσυαν Φιλοσοφον λεγουσι γενεσθ* & paulo post *απο Χολχιδος δε ουτος ωρμητο.* Circa illa tempora fuisse ajunt Marsyam Philosophum, is autem e Colchide venerat: fuit ævo Heroum cum floreret Marsyas, item in Ægypto notum est floruisse imprimis Geographiæ studium, & sacros Scribas, id ipsum de Colchis in Apollonio legere est.

Descriptas servant tabulas, quas Ordine longo transmisere patres, his index certa viarum æquoris & terræ, totius habetur Imago.

§. 6.

Colchorum Regibus aurum fuit affatim, ex fluminum ramentis maxime apud Soanes, de quibus Strabo „apud illos autem ajunt, aurum etiam deferre torrentes: & App. in Libro Mithrid. multi fontes e Caucaso fluentes, auri ramenta deferunt.“ Quo auro tradit Plinius, nullam esse absolutius, quia cursu ipso, tri-

tuque

tuque perpolitur. Quin etiam iisdem in locis, auri fodinæ erutæ, siquidem his Plinio fides. Jam regnarunt in Colchis Salauces, & Esubopes, qui terram virginem nactus plurimum argenti & auri eruisse dicitur, in Samnorum gente, (legi malim Soanorum, vel Soanum, quomodo idem alibi, — Soanes vocat) & alioquin velleribus aureis inclito regno. Sed & illius aureæ Cameræ, & argenteæ trabes narrantur & Columnæ & parastatæ.

§. 7.

Caphtoræi Populi a Casluchis ita diversi, ut vicinos esse pateat, quia Philistæi, his e Casluchis, alibi e Caphtoræis prodiisse leguntur. Jerem. 47. v. 4. quia vastat Dominus Philistæos שאריתאינַפְתוֹך residuum provinciæ Caphtor, Amos 9. v. 7. an non Israelitas deduxi ex terra Ægypti & Philistæos ex Caphtor? quin & ipse Moses, narrat Deut. 2. v. 23. quomodo Amorræos, circa Gazam habitantes, Caphtoræi ex Caphtor agressi, destruxerint, & eorum Sedes occupaverint, quæ mihi non videntur posse conciliari inquit Cl. Bochart, quamsi Casluchos, & Caphtoræos dicamus Populos ita fuisse conjunctos, ut in unum coaluerint, ergo vel in ipsa Colchide, vel in finitimis locis, Caphtoræorum fuit Sedes; in hac dubitatione si consulamus Scripta veterum,

 omnes

omnes unanimi sensu respondebunt, Caphtor esse Cappadociam, & Caphtoræos Cappadoces, ita Græci interpretes, et vulgatus, & Eusebius, & Hieronymus, & Theodoretus, & Cyrillus, & Procopius, & veterum si alii sunt, qui in ea Scripturæ loca inciderint, in quibus agitur de Caphtoræis, neque aliter Chaldæi interpretes, Onkelos & Jonathan Jerosolimitanus, qui pro terra Caphtor habent, קַפּטוּקְיא Cappadocia, & pro Caphtoræis קַפּטוּקְיא vel קפּוּרקאי id est Cappadoces; & in Historia Josephi Ben Gorion aliquoties pro Strabone Cappadoce legitur סטרבון הַכַּפְתּוֹר Strabo Caphtoræus.

CAPUT IV.

§. 1.

Expeditio Argonautarum in Colchidem suscepta est A. M. 2743 A. C. 1260 Gedeonis 15 annis vero 64 post Ilium conditum, ut apud Clementem notat vetustus Chronologus Lib. 1. Pag. 335. sumuntur e Chronica Cath. Cl. Simson & quæ sequuntur; hanc ante expeditionem jam centum prius annis, Athamantis progenies Phryxus & Hellen in Colchidem navigarunt: Phryxum

xum ait Diodorus Lib. 4. Pag. 174. ajunt navi vectum, cujus in Prora erat facies Arietis expressa „& interpres Apollonii Rhodii ad Lib. 1. v. 256. quidam dicunt navigium, in quo Phryxus navigavit, arietis effigiem in Prora habuisse.

§. 2.

Ex hucusque allatis apparet Scythiam circa Colchidem velut suum centrum situatam fuisse, Thermodonta fuisse limitem in uno latere, Istrum in altero, Ægyptii sanguinis principes in Colchide regnasse, & eorum imperium late per totam valuisse Scythiam. De Istro vero flumine Pompon. Mela Lib. 2. Cap. 1. sequentia tradit: „Ille fluvius, qui *Scythiæ populos* a sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quam desinit nomine, exoritur; nam per immania magnarum Gentium diu Danubius est, deinde aliter eum appellantibus accolis fit Ister, acceptisque aliquot amnibus, ingens jam, & eorum, qui in nostrum Mare decidunt, tantum Nilo minor, totidem, quot ille ostiis, sed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus, effluit, & Cap. 2. his Thracia proxima est, eaque a Pontici lateris fronte, usque in Illyricos penitus immissa, qua latera agit, Istro pelagoque contingitur. Una gens Thraces habitant, aliis aliisque præditi & nominibus & moribus. Quidam feri sunt & ad mortem paratissimi, Getæ utique."

§. 3.

§. 3.

Magna Scytharum pars Nomadicæ vitæ dedita fuit, interest itaque ut fluctuantis hujus vitæ instituta meditemur. Vagi Nomades ait Pompon. Mela Cap. 1. Pag. 37. Pecorum pabula sequuntur, atque ut illa durant, ita diu statam Sedem agunt „Populi", tales, aut eorum pars insignior fuerunt, Arabes, Syri, Hebræi, Scythæ, Thraces, & Sarmatici complures populi. De Arabibus Cel. Pocock in Spec. Hist. Arab. Abul Faraji de vita & moribus, Nomadum sequentia narrat: Quod ad Nomades, desertorum illi incolæ, quibus Camelorum lac & carnes victum præbebant, dum loca herbida perquirerent, & aquæ pluvialis defluvia scrutarentur, ibi tentoria figentes, quamdiu terræ uberis, Beneficio, quo pascerentur invenirent, deinde ad Herbas, & aquam indagandas, proficiscebantur, nunquam alternis sedes figere, & subinde migrare, desistentes, sic ut ex illis non nemo quasi sub Cameli Persona loquitur." Dicit cum in eum Clitellas meas injicerem, hiccine semper ipsius & mea conditio; totum ne tempus inter morandum & migrandum transigetur? an non miserebitur mei, & rationem salutis meæ habebit?" fuitque ista eorum consvetudo, temporibus æstivo & verno, adventante vero Hyeme, cum Herbis nudaretur Terra, ad Eraci rura, & Syriæ confinia,

se

se recipientes hiemabant, temporis incommoda tolerantes, & contra victus penuriam luctantes.

§. 4.

Hæc fuit vitæ ratio, quam magnus numerus Scytharum sequebatur, per æstatem, versus septentrionem Tanai ostendente directionem, Hyeme vero, versus confinia pascua, & modum vitam facilius a temporum vicissitudinibus defendendi, quærebant: hoc solum ab Arabibus distincti, quod Equis non Camelis, ad instituta vitæ suæ uterentur, & Equorum lac & carnes Scythis in victum applicita sint, curru postea invento, Arabes & hoc in commodo vicerunt, quod infirmiora familiæ suæ facilius quocunque vellent transponere possent.

§. 5.

Non injucundum fore conjicio Lectori Erudito, si ex alio Cel. Pocockii ostendero, quid ea consvetudo lac & carnes Equorum in Victum convertendi, apud Scythas efficere valuerit, Pag. 87. sic ait: „E proprietatibus eorum (Arabum) esse bellum, & effusionem sanguinis, & amorem cædis, & doloris illationem, & iræ sive odii tenacitatem. Insita hæc illis quasi a natura vitia, quomodo incrementum capiant, præsertim apud solitudinis

inco-

incolas, unaque cum ipsorum corporibus nutriantur, num recte nos docuerit, doctus apud eos. Medicus, ut judicent nostri, ipsius verba apponam: Qui carnibus Camelorum vesci solent, odii tenaces sunt; unde insitum Arabibus deserti cultoribus, hoc vitium, ideo quod Camelorum carnibus vescantur, cujus rei manifesta causa est, quia Sc. necesse est, ut mutetur corpus ad qualitatem ejus alimenti, quo quis continuo nutritur: ita cum quis diu utatur alimentis calidis, fieri non potest, quin calidum evadat temperamentum ejus; quod si diu frigidis nutriatur, temperamentum ejus necessario frigidum existet; eodem modo se res habet, in cæteris qualitatibus, ideoque qui carnibus Asinorum domesticorum vescuntur, necesse est, ut mutetur temperamentum eorum in temperamentum, isti, quod hujusmodi Asinis proprium est, simile, quo fit, ut hebetes, evadant, aliisque qualitatibus asinos istos referant. Atque hinc est, quod carne Ovina magis quam aliorum animalium carnibus vesci permissum sit, quia huic animali non attribuitur qualitas, aliqua vituperio digna, quam ejus usu aquirat homo. Et ob eandem causam prohibitæ sunt, multorum animalium carnes, quod rebus se noxiis pasci soleant. Ideoque interdicta est caro Leonum, aliarumque ejusmodi ferarum, quarum natura æqualis temperamenti terminos excedit, ne Esu carnium earum,

rum, ejusmodi naturam & ipse homo induat: Equus vero animal nobile, superbum, & velox, mediis in periculis sibi constans, armorum non terretur strepitu, tympani & tormenti fert sonitus, fræni non immemor, docile, & magnanimum, Domini gnarum, & obediens, quodsi in Esum & victum convertatur, fortes, audaces & magnanimos, qui ex se victum capiunt efficere potest.

CAPUT V.

§. 1.

Historia quantumvis fidelis & accurata in consignandis factis Populorum, & eorum vicissitudinibus, si qua in relatione temporis, facta quædam præcesserunt, quædam tardius secuta sint, ostendere nequeat, ruinas quasi magnifici quondam Palatii, uno in acervo sine ordine mixtas ostentat, quod quamvis verissimum sit, non fugit antiquitatis studium amantes, nil ita olim neglectum fuisse, quam ut ea, quæ consignarunt, certis æris & epochis distributa essent: „multa propterea sunt ait Cl. Simson, quæ supputationem annorum, adeo variam & discrepantem faciunt, ut Sixtus Senensis prope tringinta Chronologias ab ortu mundi, ad Domini

mini nostri adventum collegerit." Quare ob id ipsum, hoc quod de Scytharum rebus ordine Chronologico comprehensum, dicturus sum, eruditum Lectorem non fastidiose sumpturum spero, cum experietur inde ab antiquissimo Promethei tempore usque ad secundam sub Ducibus Expeditionem, in Pannoniam, testimonia fide dignorum Autorum, sic semet mutuo suffulcire, ut nullibi ejusmodi occurrat hiatus, qui suspicionem ingenerare posset, Scythicum genus totum fuisse deletum, huic Hunnos vel Avares vel Hungaros, diversi esse sanguinis Populos.

§. 2.

Consentiunt Chronologi Prometheum fundatorem & Patrem Scytharum vixisse 2418. A. M. 1585. A. C. 69. Amrami, hujus filius fuit Deucalion, quo regnante obtinuit diluvium in Thessalia 2492. A. M. 1511. A. C. 65. Moysis. Filii Deucalionis fuere Hellen & Amphyction. Filii Hellen vero Xuthus seu Scythus, a quo Scytharum natio nomen habere videtur, Æolus & Dorus; vixerunt hi anno mundi 2565. A. C. 1438. Josuæ 18. Scythus e patriis sedibus & ditionibus in Græcia ejectus per fratres, diu ubi Sedem figeret, laboravit. Hoc jam tempore Scythica natio sub Legibus & Rege; & Politico regimine vixit, nam 2743. A. M. 1260.

A.

A. C. 15. Gedeonis annis vero 64 post Ilium conditum expeditio Argonautarum suscepta est, in Colchide regnante Aæta Legibus & Politico ordine constituto in Regno. Hanc autem ante expeditionem jam centum prius annis, Athamantis progenies, Phryxus & Hellen in Colchidem navigarant. Sesostris Rex universam Asiam, Indosque, & inferiorem Europam pervaserat, *usus opera & adminiculo Scytharum* regnante apud eos Jandusio A. M. 2614. A. C. 1350. annis, quos ob navatam egregiam operam, Regno Syriæ muneratus fuit; ajunt hac occasione 15,000 Scytharum, ab Jandusio, sociis ac gentilibus suis secessionem fecisse, & Regno Parthiæ originem dedisse. Hercules & Theseus ante Christum 1246 vel 35. in Amazones Bellum susceperunt, & ad Thermodonta fluvium victores fuere.

§. 2.

Bellum Trojanum 1180 A. C. fuisse scribitur, Homerus Scythas sub Thracum nomine censuisse videtur, quod Rhoesus & Rhos idem nomen sub Græca terminatione sit, & quod Penthesilæa Regina Amazonum e Scythia in auxilium Trojanorum ivisse dicatur. Observandum & id est Amazones ab Autoribus Thraicias vocari Virgines. Sesac Ægypti Rex 3028 A. M. 975 A. C. armatus in Scythiam pene-

penetravit, Bactriani Scythicæ originis 3184. A. M. 819 A. C. contra Sardanepalum Regem Assyriæ arma sumpserunt. Abaris Scytha 3237 A. M. 766 A. C. floruit Seuthi filius, scripsit vaticinia, quæ Scythica dicta sunt, & Hebri nuptias, & Apollinis iter ad Hyperboreos, & alia quædam Carmina, soluta vero oratione Theogoniam. Hac igitur Æra jam Scythæ Litterarum usu non caruerunt. Ante Christum 670 vel 33 Scythæ ex Asia in Europam erumpentes, ab ora citeriore Bospori, & e Chersoneso Taurica, Cimmerios Populos propulsant, hoc tempore condunt Scythæ geminas urbes, in Syria Bambycem, sive Hierapolim, quæ Magog dicta, in Palestina autem Bethsan, quæ Scythopolis vocata, Machabæorum in actis quoque, fit mentio hujus Scythopolis, a Scythis conditæ, & adhuc ætate Judæ Machabæi, ab eis habitatæ. Qui eousque arma ferens, Scythas collaudat, quod videlicet adversus Judæos concives modesti ac benevoli fuissent.

§. 8.

Zarinum colligo 619 A. C. Saccarum Scytharum Reginam, fortitudine, ac prudentia, ne summis Regibus secundam, pro Parthis a Medorum jugo, ad cognatos Scythas deficientibus Bellum horridum suscepisse. Tomyris Regina Scytharum 529 A. C. Cyri exercitum delevit.

Darius

Darius 508 se exercitumque pessime multatum, ægerrime liberare potuit. Scythæ 398 A. C. late per Asiam arma circumtulerunt. Alexander 336 A. C. in Darium arma cæpit, dum in Hyrcania versaretur Thalestris Scytharum Regina, virorum juxta & viraginum, Caucasum, Phasim, & Themyscira colentium, trecentarum Amazonum Comitatu equestri stipata, Alexandrum salutavit. Hoc tempore Zopyrion Alexandri, Thraciæque præfectus, tricenis cum millibus Scythas Ponticos adoritur, vitam & exercitum amisit, ne nuntio quidem superstite. Sogdiani contra quos Alexander bellum habuit, *subditi Hunnorum Euthulitarum* fuere, id quod Zemarchus, apud Menandrum protectorem narrat, eas ad oras Legatus. Scythæ 95 ante C. Mithridate instigante, sæpius in armis fuere. Mithridates 2us 80 vel 87 A. C. Scythas Armeniosque armis aggressus est, & hac de causa Ponticus nominatus est, quod gentes ad Caucasum, Albanos, Iberos, Colchos suæ subjicere conatus sit potestati. Pompejus 64 A. C. Mithridatem regno spoliavit, & ad necem sibi inferendam coegit. Phraates 32 A. C. a populo pulsus, per Scythas cognatos in regnum reductus est. Parthi 17 A. C. ereptam Crassiana clade Aquilam, aliaque signa Romanæ Militiæ tum capta, Augusto reddunt: ita & Scythæ Pontici & Caucasii missa legatione celebratissimi Cæsaris efflagitarunt.

tarunt. His itaque 1585 annis ad tempora Salvatoris nostri Scytharum gentem, notam & per orientem celebrem fuisse, certum est.

§. 4.

Tamerlanus Scytha 26 v. 36 P. C. quaqua versus per orientem, dominatum exercuit, Thomas Apostolus 45 post C. circa tertium Claudii Imp. annum, Sacis, Scythis, Parthisque, ac aliis in oriente Populis Evangelium annunciavit; Scythæ 262 P. C. Trapezuntem diripuerunt, Chalcedonem capiunt Nicæam flammis subjiciunt. Hunno Scythæ 327 P. C. Mæotide superata, pulsis mox Gothis, Chersonesum Tauricam, nunc Crimæam occupant, in hanc sententiam affert Inchofferus, Ruffinum, Socratem, Theodoretum, ac speciatim Reginonem Abbatem Prauniensem. Constans 338 P. C. minor natu Filiorum Constantini magni, divisione inter fratres imperii facta, Provincias circa Pontum regere cæpit. Persæ & Armenii 340 P. C. confæderati, Bellum susceperunt, quos Constans sumptis in fædus Arabibus, & Saracenis superavit, *Scythæ nomine Saracenorum & Tarcorum*, ab insignioribus Historiæ Byzantinæ Scriptoribus insigniuntur. Postea usque ad annum 360 in Provinciis circa Pontum Euxinum crebri fuere sub Constantio bellorum motus. Julianus 362 in Persas arma sumpsit, *Sara-*

ceni

ceni (i. e. *Scythæ*) querulati sunt, quod Julianus pecunias, sibi ab Imperatoribus quotannis persolutas, retineret. Cum Julianus respondisset, Principem Belli gnarum, ferrum non aurum tractare, Saraceni fœdus cum Persis iniverunt. Gothi 376 P. C. a Hunnis e Sedibus abiguntur suis, & 200,000 Gothorum Thraciam a Valente pro nova Sede petunt. Post mortem Valentis, Regina Mavia Saracenorum, Constantinopolitanis contra Gothos copias mittit, & urbem obsidione liberat. Gainas fugitivus ad Regem Hunnorum Uldes vel Uldin pertingens, deletis copiis, capite minuitur. Hæc ad annum 400 P. C. evenisse legimus.

§. 5.

Asia minor, Syria, & Thracia A. Cristi 404 penitus a Hunnis occupatur, postea per Thraciam & occidentalem Illyriam Hunni præda onusti, Danubium transeunt. Isauri Ciliciam, Pamphyliam, Lyciam, Lycaoniam, Pisidiam, Cappadociam & Syriam inferiorem depopulantur. Cyprum etiam Phæniciam, Cariam, Judæam, Hierosolymas impetunt. Radagaisas Gothorum Rex A. Cristi 405 Italiam populatur, Stilico cum *Socio Uldin Rege Hunnorum* Radagaisum ad Florentium vincunt; Alamandur Dux Saracenorum A. C. 421 cum Persis copias conjungit contra Romanos. Ætius

filius

filius Scythæ fuit nomine Gaudentz, post pugnam ad Pollentiam primo Alarico dein Hunnis in vadem datus, ea occasione, cum principibus Hunnorum in notitiam pervenit. Ætius rebelli in Theodosium Johanni A. C. 424. 60,000 Hunnorum auxilium laturus, in Italiam ducit. Honoria hoc tempore Attilam invitat, ad Italiæ depopulationem; Hunni Duce Attila A. C. 442 in Thraciam irruptionem faciunt, & Attila sequentibus conditionibus pacem fecit:

1mo Fugitivi Hunnorum, qui hucusque aut imposterum apud Romanos fuerint, Attilæ aut fratri Bledæ extra dentur.

2do: Quod si e captivis Romanis, fuga se quis liberum fecerit, eum Romani remittere, aut pro singulo aureos octo solvent nummos.

3tio: Pro hucusque solutis 350 Libris auri 700 dependent.

4to: Romani Hunnorum inimicis auxilium & subsidium non præstent.

Attila 441 imperium Romanum armis aggreditur, & 447 magno cum Exercitu, Sociis pluribus Regibus ita dictis Barbarorum, impressionem in Thraciam facit, & omnia, quæ intra Pontum Euxinum, & Thermopylas sunt occupavit. Postea 450 Attila magno cum Exercitu in Gallias irrumpit, & ab Ætio in campis Catalauniis ingenti strage afficitur: novis dein 452 e Scythia lectis copiis Italiam impetit; Aquilejam capit, Travisum, Veronam, Mantuam,

tuam, Cremonam, Bresciam, Pergamum subigit, Mediolanum diripit, & spoliat, cum Valentiniano posthac pacem facit: anno 453 mors Attilæ, Hunnorum spes intercepit. Hac quoque in Periodo clarum est, diversis sub nominibus, Scytharum gentem, virtute a majoribus hausta, usque ad mortem Attilæ viguisse.

§. 6.

Unus e filiis Attilæ se Romanis subjecit, & ut in Illyrio cum suis Sedem figere posset, a Romanis obtinuit, Ernacus vero alter filiorum Attilæ, cum parte copiarum in Scythiam retro viam legit, pars etiam exercitus tunc in Transilvania consedit, quæ ad nostra tempora usque Siculorum nomine nota est. Isaurienses relictis suis Sedibus in Thraciam erumpunt, & Sedem figunt, Bulgari quoque 501 in Thraciam, Saraceni in Palæstinam, Cobades Rex Persiæ in Armeniam impetum faciunt. Hunni Illyrium armis vastant, & 508 Hunni & Slavi Thraciam armis affligunt. Turcæ accolæ fluvii Don, vicini Avarorum 567 Legatos mittunt Constantinopolim, rogantes ne Avari protegantur, & pro hac gratia, se in Persas arma sumpturos pollicentur, Sirmium 581 ab Avaris occupatur. Mundo Hunnorum Dux ad Hertam, Sabinianum Illyrici Exercitus magistrum profligavit; Vitalianus Tyrannus coacta

ingenti Hunnorum multitudine, universam Thraciam, Scythiam & Mæsiam in potestatem suam redegit; Justiniano imperante, Hunni transmisso Istro, in Mæsiam, atque Thraciam, effusi, Constantinopolim usque penetrant. — Bulgari a Duce Williriamo Thraciæ militum magistro, Hunnorum auxilio debellantur. Reversi in Illyrium Hunni, Græciam devastant, & Imperatorem Justinianum vectigalem sibi faciunt. Hoc tempore ejecti e Scythia, Turcorum Victoriis, Hunni Avares aliosque coram se Populos impulerunt. Hunni his durantibus motibus Cotrigurorum sub nomine, Mæsiam Thraciam, Sirmium subigunt. A. C. 592 vario cum succesu in Avares arma exercentur, 100,000 dein Scutatis pax ab iis emitur, & Sirmium Avaris in potestate manet. Avares vero cum Imperator promissis non staret, fædere soluto, Singidunum, pluresque alias Mæsiæ urbes incendio delent. Anno etiam sequente Chaganus Dux Avarum, cum ingenti manu Slavinis in socios acceptis, in Mæsiam venit, fugatus tamen a Prisco Rhetore usque ad amnem Tissiam. Circa annum 622 nec Phocas, nec Heraclius, Avarum depopulationem, per Mæsiam, Illyrium, Thraciam cohibere potuerunt. A. C. 677 Hunni septem itineribus, totidemque Exercitibus & Ducibus, e Scythia emigrantes, per longum Iter in Transilvaniam veniunt. Postea Pannoniam repetunt

&

& Zvatoplugum cum Polonis in Pannonia late regnantem, Belli Duce Arpad vincunt, atque ita priores occupant Sedes.

§. 7.

Transactis quibusdam diebus „scribit Anonymus Belæ Regis Notarius in Hist. Ducum Hung.“ Dux Arpad & omnes sui primates, communi consilio - - - egredientes, de Insula, castra metati sunt ultra Surcu-sár usque ad fluvium Rakus & transiverunt Danubium, & portum ubi transitum fecerunt, portum Moger nominarunt. - - Transito Danubio, Castrametati sunt, juxta Danubium, usque ad aquas calidas superiores; secunda autem die, Dux Arpád, & omnes sui primates, cum omnibus militibus Hungariæ, intraverunt in civitatem Attilæ Regis, & viderunt omnia Palatia Regalia, quædam destructa, usque ad fundamentum, quædam non, & admirabantur ultra modum, omnia illa ædificia Lapidea, & facti sunt læti, ultra quam dici potest, eo quod capere meruerunt, sine Bello, *Attilæ Regis ex cujus progenie Dux Arpad descenderat* - - Qui valde lætus factus est, & omnibus militibus suis, diversa donaria, tam in auro, quam in argento cum cæteris possessionibus donavit, & in eodem loco Cadumer, Patri Curzan, dedit terram a civitate Attilæ Regis usque ad centum Montes & us-

usque ad Gyogy, & filio suo dedit unum castrum, ad custodiam Populi sui, tunc Curzan castrum illud sub suo proprio nomine jussit appellari.

§. 8.

Benedictus VIII. Pontifex Epistola ad Henricum II. Imp. scribit: „Hungarorum Gens fortissima anno 889 a *Scythicis Regnis*, & a *paludibus*, quas Tanais sua refusione, in immensum porrigit, effusa est: *hinc ejusdem ac Hunni* sunt originis eosque *etiam Turcas vocant*: & Avarum, solitudines pererrantes, venatu & piscatione, victum quotidianum quæritabant: deinde Karantanorum, Marahensium, & Bulgarorum fines, crebris incursionum infestationibus, irrumpunt, ipsumque Italiæ Regnum, ex maxima parte devastant, & Germaniam & Franciam populantur, ac demum Sedem figunt in his regionibus, quas nunc habitant, atque ab ipsis dictæ sunt, *Hungaria*.

§. 9.

Nomina Scythis varia, & perplexa imposita fuisse, apud Scriptores deprehendimus, quod fieri aliter non potuit apud populum, cujus magna pars Nomadum more vitam agebat, venatu & piscatione, quæ artes etiam Nomadum sunt, victum quærebat, talis populus

per

per tribus dispersus, nomen apud Pater familias potentior, aut vir Heros & dotibus insignior, aut per tribus electus Dux habuit sibi proprium esse, sæpe vult & voluit. Zosymo Scythæ sub nomine *Hunno-Unguri & Scythæ Regii* veniunt. *Nomades Cimbri & Cimmerii* a Procopio, a Nicephoro *Nebri*, *Aviri* a Jornande appellantur, a Calliste *Udir*, *Scheri Cunni*, *Sogor*, *Sorosgi*, *Attacori & Thyri* a Plinio. Ab Ortelio, & Jornande *Acatziri*, *Hunni*, *Magores*, *Acatiri Agaziri*: *Thynni* a Hermolao Barbaro, *Thunni* a Vadiano, a Ptolomæo *Chuni*: *Turci* non quidem hodierni a Plinio, Herm. Barb & Ortel: *Cotriguri* a Procopio: *Uvitigari*, *Cattigari*, *Eutasali*, *Hugorvæ*, *Hungari*, *Hunnigari*, *Ultizari*, *Aulziagri*, *Alziagri*, *Ulziagri*, *Burgundi* ab Agathia, Procopio, Lazio, & Jornande, *Ugri* a Pomponio Læto & Aventino, *Saraguri*, *Urogi*, *Hunnogari* ab Aventino, *Ulzingari*, *Algisciri*, *Bitugores*, *Burdores*, *Sacromantisii*, *Posatisii*, *Lombardi*, a Jornande *Abiri*, *Avares*, *Adveni* a Romanis: *Orarchonitæ* a Turcis, *Magyari* a Thurotzio. Hæc nomina tam in sinu populi Scythici, quam apud exteros nata sunt, quæ variatio & nominum diversitas, ita perplexos reddit sæpius Scriptores, ut quo se inter Hungaros vertere debeant, non dispiciant, neque possent nisi multum operæ, studiique adhibeant extricare.

CA-

CAPUT VI.

§. 1.

Quod multis de Historia Regni Hungariæ Scriptoribus superiori paragrapho evenisse diximus, id etiam Autorem Anonymum Hist. Regni Hung. e prob. Aut. Synopt. deductæ perpessum esse, e sequentibus apparet Pag. 9. sub Litt. A. -inquit, primum Argumentum ducunt e similitudine, nominis Hun & Hungarus, verum quanta potest esse similitudo inter Hun & Magyar, prout hodie vocantur, aut inter Hun & Ugros prout olim vocabantur? „respondetur nomina non esse ad similitudinem revocanda, quæ uni rei diversa, pro diversis temporum circumstantiis imponuntur, & in quæ Linguæ diversus, Status, & Populorum arbitrium, suum exercet, Imperium. Quid enim dissimilius, quam Israël, Hebræus, Judæus, Juif, Zsido, hæc tamen nomina eandem nationem designant, ita nomina Germanus, Német, Teutsch. Quis in nomine Scanderbeg Alexandrum, in voce Stambul Constantinopolim, in voce Bécs Viennam quærat e simili? & sic innumera, quæ Lyncæis quamvis rimata oculis, similitudinem nullam ostendunt.

§. 2.

§. 2.

Hungari inquit Pag. 35. Parte 2. quos Russi *Ugros* Græci *Turcas* Abulfeda Magyaros (quod genuinum & proprium genti nostræ nomen est) nominarunt in varias tribus per Asiam, (quo num ex Juguria, an ex Turfan venerint, non amplius disputabo) dispersi pars illorum ad fluvium Irtisch, consedit, quibus Ogeg Chan, vero similiter Ugeg, Pater Almi præerat, inde urgentibus ab ortu, aliis Populis, sensim ad Jaicum & Volgam progressi domicilium hic fixere, postremum septem tribus, ab aliis divulsæ, iterque in Europam auspicatæ ductu, septem Principum, penes Chazaros, hodiernam Crimæam colentes substiterant, eorum per tres annos, in omnibus Bellis socii & adjutores. Hos septem Principes Anony. Belæ R. Not. appellat septem principales Personas, Hetu Moger (quasi Hét-Magyar) Thurotzius eos vocat Capitaneos, Constantinus Porphyrogenitus autem Boebodos, seu Vajvodas, fuerunt autem, ut Anonymus refert: Almus, Eleud, Ound, Tosu, Huba, Tuhutum." Patet ex his & Autorem circa nomina Hunnorum, & de originibus Hungarorum perplexum esse, ea vestigia, quæ Anonymus Belæ R. Not. de Gentis Scythica origine repetitis ostendit vicibus, aut prætervidisse aut videre noluisse, ignorasse Scythas ab antiquissimis temporibus,

Gen-

Gentem notam, factis & nomine Claram, per magnum terræ spatium in Asia Sedes habentem & Populi numero insignem exstitisse, de Scythica prosapia Hungarorum, Cantiones Populares, Proverbia, traditiones esse numerosas.

§. 3.

Huc pertinet inquit Pag. 3. id quod Nestor refert, de Ugris (N. 7.) cujus fides a Cel. Schlözer abunde demonstrata & stabilita est. Nota 7. *Ugri albi* inquit: „hoc Epitheton *albus* certo ostendit Ugros Nestoris, Hungaros nostros non esse, hi enim nigri sunt, nigra pupilla oculi, capillo nigro crispo, vultu Martiali, Nestoris itaque Ugri Sarmaticæ originis gens fuerit, opus est. Pag. 4. sub Litt. B dicit: „Alterum argumentum inde ducunt, quod tam Hunni antiqui, quam recentiores Hungari, ex iisdem fere Scythiæ Regionibus venerint, adeoque quod ejusdem sint Originis, verum ubi præcise Scythiæ Regiones fuerint, ambiguum est; veteres enim totum appellabant Scythiam, quod ultra Tanaim est.“ Situm præcise Scythiæ Cap. 1. rite ostendimus, docentibus Veterum optimorum testimoniis, Hebræorum, Græcorum, Romanorum, proinde Hunnos & Hungaros ejusdem esse Stirpis & Nationis Scythicæ alumnos ambiguum non est.

§. 4.

Sub Litt. C. inquit: „Omnes veteres Scriptores sub nomine Hunnorum Hungaros intellexerunt, ergo Hungari sunt ab Hunnis derivandi. Argumentum hoc Praji est, verum Stritterus, ad hoc reponit, Hunnos fuisse generalem, appellationem, sub qua jam Bulgari, jam Slavi, jam Turcæ, aut alii populi comprehendebantur," de nominibus sup. Cap. §. 9. actum est, nomina illa meditantibus, facile apparebit, Autores jam specialiori jam generaliori sensu his nominibus usos & abusos esse. Sub Lit. D inquit: „Hunni & Hungari eodem sermone sunt usi, ergo sunt etiam ejusdem originis, argumentum hoc Ostrogotsy protulit, & post eum omnes reliqui Scriptores Hungarici, conantur autem id evincere: Jornandez narrat, Hunnos Attilæ posteros, cum per hostem prostrati, magnam partem fuissent, eas Scythiæ partes petiisse, quas Danubii amnis fluenta prætermeant, quæ Lingua sua Hunni-Vár appellant; Vár autem est Hungarica vox, quæ castrum aut arcem significat, unde hodiedum Temes-vár, & Kolosvár & multa alia loca in Hungaria appellationem suam traxerunt." De Lingua Hungarorum Parte 1. & 2. ostendi ejus per totum corpus & juncturas diffusam æthiopicæ Linguæ Tincturam, nobis manifesto incunabula Hungarorum aperire, non itaque

mihi

mihi unica vox Vár sed tota Hungarorum Lingua testis est, Hungaros Scythas esse circa Colchidem litteris & artibus Æthiopum perpolitos. Pag. 10. inquit graves rationes suadere, ut credamus Attilam & Hunnos fuisse Calmucos „quam læves sint hæ rationes, ex iis quæ hucusque in medium collocata sunt, extra dubium est, vidimus Scythas & ad Radices Caucasi & circa Pontum Euxinum, urbes incoluisse, Sedesque fixas habuisse, pars autem Scytharum Nomadum more victitans, quousque cum vicinis Tartaris etiam nomadicis in societatem, & vicinitatem venerit, nemo decernere potest, nam ut temperies anni tulit, ut graminis pascuique ubertas, mox hic, mox alibi, ad ingentes progressi distantias, nil quod de eorum Sede, & vicinis certi dicatur, relinquunt.

§. 5.

Tandem inquit Pag. 14. Origo Hungarorum alibi quærenda dicitur, neque peccare nos, si eos a Fennicis Populis derivaverimus, aut saltem affinitatem eos inter & Hungaros intercessisse, adfirmaverimus, hanc propositionem §. 9. sub titulo antiquæ relationes de Finnis fabulosæ, sic comprobatum it: „Descriptiones, quas nonnulli de Fennis & in specie de Lapponibus, ediderunt, adeo sibi contrariæ sunt, ut potius inter fabulosas referendæ videantur;

nomen-

nomenclatio hæc Lappones, non est vera eorum denominatio. Ipsi se Samė appellant, unde nam vero Lappones dicantur nescio: antiquitus hoc nomen penitus fuit ignoratum; postea cum effata de la Montrage, Högström, Leem attulisset Lappones non omnes nanos, sed etiam justæ & plus quam mediocris staturæ esse Pag. 16. ait: „deformem & nanam staturam, Hunnis majore jure tribuimus, nam Amm. Marcell. aperte dicit, eos forma exiguos, imberbes, Spadonibus similes &c. qui ut se adhuc deformiores redderent, faciem sibi in Juventute consciderunt, ut conspectis iis horrore corripi necesse fuerit, scimus autem e contrario juxta consentientem septentrionalium Scriptorum traditionem, olim versus Septentrionem non nanos, sed peculiaris altitudinis homines habitasse (unde igitur Hunni?). Ipsi Græci æque ac Romani Scriptores, nunquam nisi cum admiratione, de forma Septentrionalium populorum, scripserunt.“ Hæc nullis certis rationibus nixa, coram Lectore effusa sunt, & Lector eruditus facile sentit, opiniones tales, nec in numerum fabularum venire posse, nam & in fabulis nucleus inest, veri, constantis & ingeniosi. Quod de statura hominis nemo Scriptorum, qui mundum lustrarunt, pulcriorem invenerint, quam circa Caucasum, in Georgia, Armenia, Persia, certum esse non mihi monendus est Lector.

§. 6.

Denique apud hos Populos ait Fennicos rem litterariam non fuisse contemptam, testantur Lapidea monumenta, in Scandinávia eruta (sed cujus Originis? cujus Populi?). De Hunnis autem Procopius dicit, Hunni etiamnum rudes, plane sunt litterarum, quas ne auribus quidem admittunt, (non sic Priscus Rhetor!!) neque eorum pueri in labore litterario adolescunt: ex his facile quisque perspiciet Hungaris si a Lapponibus deriventur non tanto opprobrio cedere, quam si a Hunnis derivarentur: „Risum teneatis postquam undique collatis pennis suos exornavit Fennos, Urceus exit etiamnum barbaros Hungarorum vult Præceptores, veræ prosapiæ renuntiandum metu opprobrii, & Fennica eruditione natalium tegere obscuritatem; vah! Callidum Consilium!

§. 7.

Scythas e Juguria ad Obi & Irtisch fluvium collocat, & hanc fuisse Scythiam opinatur, prætermissis terrarum spatiis, quæ ab Istro ad Phasim, a Phaside ad Halym fluvium usque porriguntur, & quæ circa Caucasum Syria Albania, Iberia, Armenia cinxit, quæque ab antiquissimis temporibus nomine Scythiæ cognita fuerunt. Parag. 11. utrobique eundem vivendi modum propugnare conatur, inter Fennos scilicet & Hunnos, qui Nomadicam sequuntur vi-

tam,

tam, venatu opus habent & piscatione, ne Hyemis tempore intereant, in hoc conveniunt omnes. Paragr. 12. eadem Religio, quo utrobique obtinuerit, ostendere, de Religione Hungarorum sequenti Capite disseremus.

§. 8.

Pugnat postea Paragrapho 14. Scriptorum autoritate: & inquit: „Denique in rem nostram faciunt, gravissimorum Scriptorum testimonia, (pondus Scriptorum nullum est, nisi aut sint Oculati testes, aut Coævi, aut non multo post nati, & qui e veris fontibus se instruere potuerunt) sic omnes Russi Scriptores (Hercle! Juvenes) Hungaros a Jahria Provincia prodivisse, eaque Re gloriantur, (duplex est Gloria, vera & solida, falsa & inanis) eam Gentem sibi fuisse subditam, quæ totum pæne occidentem infestaverit, adfert dein dictorum testes, Faber, Michoc Polon. Guarin, Baronem Herberstein, Æneam Silvium, qui in Historia sua Asiæ dicit: „Ferunt & Hungaros, qui Danubii ripas incolunt, Scytharum genus esse, non quasi ab Hunnis ortos, quod propter vocis cognationem aliqui crediderunt, sed ab aliis Hungaris, quos Jordanes meminit, dicens suo tempore notos fuisse, propter commercium pellium murinarum, (Pellium murinarum commercium ad populum Mesech, id est

Moscos

Moscos referri debet, subditi erant Tartarorum Casan, & tributum pellibus solvere sueti: hæ pelles ut articulos commercii ad Scythas & Pontum Euxinum perlatæ sunt) post Romanos inquit Æneas Silvius, aliquando *Hunni Scythica Gens*, aliquando Gothi, ex insulis Baltici maris, deinde Longobardi, ex Germania profecti, Pannoniam occupavere, postremo Hungari, natio *ex ultimis Scytharum finibus*, inundavit, quæ hucusque Regno potitur: „Hunni itaque Scythica Gens, & Hungari etiam ex Ultimis Scytharum finibus; quæ igitur difficultas? an in vocibus latet *ultimis Scytharum finibus*? fines qua ducendi dubitatur? an ab ortu ad Septentrionem? vel vice versa? an in viciniis montis Caucasi & ripis Ponti Euxini? an a latere Montis Riphæi & ripis maris Glacialis? num Scythia minor, Parthia, Bactrianorum Sedes, Amazones, in Syria, Palæstina fundatæ urbes non docent Scythiam in Septentrione quærendam non esse, ita persuasus sum, me Cap. 1. hujus Partis de Scythiæ ea protulisse documenta, ut ea omnia, quæ imposterum, de originibus Hungarorum e Septentrione adferentur, Lector Eruditus ut Vanos conatus malæ causæ Patrocinium quærentes censere possit.

§. 9.

§. 9.

Non aliter quam ego sentit Cel. Frölich, in App. Belii Pag. 390.: „Errant, inquit, multi veteres & recentiores Historici, qui somniabundis similes, adseverant, populos illos, qui postea Pannoniæ, Germaniæ, Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, cives dederunt, omnes ex Insula Scandinavia, quam Plinius Scandiam, Codanoniam, Mela a sinu Codano, Germani Schönen, seu pulcrum tractum vocant, quamque Dania nunc sibi vendicat, velut ex abstruso & frigido Maris Baltici, & Septentrionalis Angulo, non secus atque ex Equo Trojano prorepserint. Cujus sententiæ Jornandez adstipulans, vaginam quasi multarum nationum, eandem vocat, quum tamen verum sit, multos populos recentiores, qui ab oriente venerant, æque in eas partes, inter quas Scandinavia jacet, certis vicibus concessisse, illicque consedisse, Gothos maxime, quorum nomen & posteros, adhuc ibi reperiri in posterum recensebimus: Ex Asia namque in Europam commigrantes „non modo versus Pannoniam, & Germaniam, sed partim Septentrionem, partim in Occasum, & Meridiem ferebantur. Multi igitur cum ad Maritima pervenissent, trajectis aquis insulas Septentrionis, & Uliginosas terras occuparunt, & iterum multi inclinarunt ad Meridiem, factoque illic itinere, & ejectis,

quos

quos offenderunt incolis, ipsi eousque consederunt, dum vicissim ab aliis exturbarentur.

CAPUT VII.

§. 1.

Jam & illi audiendi sunt, qui de Originibus, prima Sede & factis Hungarorum Scytharum multâ cum admiratione scripserunt; Thucydides Lib. 2. Hist. de amplissimo Sitalcis Odrysarum Regis imperio verba faciens: „Hoc inquit maximum exstitio, proventu pecuniarum, & cæteris opibus, sed robore certandi, & exercitus magnitudine, longe est, Scytharum gentibus inferius: nam Scythis non modo, quæ in Europa, sed etiam, quæ in Asia sunt Nationes æquari nequeunt," deinde addit: „Sed ne in alta quidem solertia, ac prudentia, ex præsenti utilitate videndi, similes sunt aliis." Herodotus in Melpomene inquit: Pontus Euxinus Nationes exhibet, omnium imperitissimas, Scythica excepta, & postea nullum virum pro Erudito habitum, novimus infra Pontum, præter Scythicam gentem." Æschylus vero Poëtarum antiquissimus, in Prometheo vincto „Prometheum Regem Scytham magistrum omnis

artis

artis appellat: quod ejus testimonium sapientiæ laude florentes, verosimile reddant, fuere enim Marsyas Philosophus ætate Heroum, Zamolxis Toxaris & Medicinæ peritia inclitus, Anacharsis Græcis juxta ac Barbaris notus, Abaris Philosophus & Medicus, de quo Græci multa cum admiratione scripserunt, Sybaris postea & Dametes. Non itaque Hungaris ad Fennos eundum est, ut eorum ab Eruditione splendorem suis concilient natalibus, & potius hoc optandum est, ut Fennicæ originis Populi ostendere conentur, ubi tum fuerint? etsi fuerunt, quo in Chaotico statu vegetationem habuerint.

§. 2.

Procopius ad annum Domini 532 de Hunnorum nomadum Euthalitarum antiquissima gente, memoriæ prodidit: „Hunnos Persis finitimos jam longe ante suam ætatem, sub uno Principe, politicam vitam inter se egisse, cum vicinis Jus fasque coluisse, æque ac Romanos, & alios omnes, Persis viribus pares, immo formidabiles, exstitisse“ & Herodotus ait: „Halizones servant ritum Scytharum, in serendo atque vescendo, lente, milio &c. Supra Halizones sunt Scythæ aratores, qui serunt triticum, ad illud torrendum, & paulo post „dehinc habitant Scythæ Agricolæ, quos Græci

e Bory-

Borysthenitas dicunt," & iterum „Geloni Scythæ agriculturæ dantes operam, frumento victitant, & hortos possident, & hortos possident, ait quoque Scythas vocari quosdam Regios, optimos pariter & plurimos circa Mæotidem, qui alios Scythas suos esse servos arbitrentur.

§. 3.

Tempus est, ut in memoriam revocem, ea, quæ attento Lectori Parte Conjecturarum secunda proposui Cap. 2. Esse scilicet quandam inter artes tacitam concatenationem, ut si Nationis cujusdam in uno laudetur industria, facile sit conjectu in reliquis Artibus quos fecerint progressus, observavimus in prædictis, Prometheum ab Astrologiæ studio, & artibus, quæ in metallis fundendis subsidio sunt, celebrem fuisse. Hæ artes, quod non fortuitæ, sed in nexu cum reliquis fuerint artibus inter Scythas, discimus, quod Lucianus in Toxari testetur, viguisse in Scythia Architecturam, Piladi quippe & Oresti templum fuisse in Scythia, de quo narravit Toxaris, Columnis, in quibus stabant, Statuæ Piladis & Orestis, inscriptionem fuisse appositam, quæ virtutem Heroum edoceret: „Templum Dianæ in Tauride, summa in antiquitate notum fuit, & celebre, & Apollodorus dicit: „Prometheus Japetionides, bonum generavit Deucalionem, qui

pri-

primus statuit urbes, & excitavit templa Diis. Urbes vero ad domandas gentes feras a Prometheo & successoribus locatas, tam ad Caucasum, quam ad Pontum Euxinum sequentes stetisse legimus. 1mo Mauro-penta ad Caucasum stadiorum decem ambitus 2do in Scythia Europæa Azagarium. 3tio Acra, 4to Cnema, 5to Carrodunum, 6to in Tauro Scythia Argodum, 7mo Bæon, 8vo Badatium, ad littus Ponticum, 9no Borysthenidem, 10mo Obbia, 11mo Gorgiam 12mo Niossam, 13tio Bursam 14to Colchidis Dioscuriam, 15to antiquissimam Æam in qua palatia Turres fuisse legimus. 16to Terracuran. 17to Caninam, 18vo Eropolim, 19no. Anthemim, 20mo Danubam. Non defuerunt itaque litteris, artibus, scientiis, Asyla, quæ commoditatibus ad vitam referta, illos, quibus non e luto ingenia finxit Titan, invitare potuerunt, ut ingenii sui dexteritate, pomæria illorum dilatarent, quæ ad usum generis Humani pertinent. Carmina quippe scribentis secessum & otia quærunt.

§. 4.

Nec illa apud Scythas ignorata fuisse, quæ dignitati splendorem addunt, ut usum divitiarum politiorem arguunt, testatur Priscus Rhetor Pag. 59. dum refert; quorum ipse oculatus testis erat: Sedebat Attila *in Lecto* (Græcorum

more) e regione cujus, erat & alter Attilæ Lectus, pone quem erant quidam gradus, qui ad ejus cubile ferebant, linteis candidis, & variis tapetibus, venustatis & ornatus gratia, contectum, simile cubilibus, quæ Romani & Græci, nubentibus adornare, pro more habent. Mensæ vero, juxta Attilæ mensam, erant erectæ, excipiendis tribus, & quatuor, aut etiam pluribus convivis idoneæ, quorum unusquisque poterat, minime transgressis sedium ordinibus, cultello ex ferculis, quod sibi libitum erat desumere: deinde primus accessit Attilæ minister, discum carnibus plenum ferens, post ipsum, qui reliquis ministrabant, panem & obsonia mensis apposuerunt; sed ceteris quidem Barbaris & nobis; *Cæna omni Eduliorum genere* referta, & instructa parata erat, & in *discis argenteis apposita.* - - Convivis *aurea, & argentea pocula*, quibus bibebant, suppeditabantur; - - neque ejus Equi fræna, ut *reliquorum Scytharum auro & lapidibus* & aliis hujusmodi pretiosis gemmis, erant ornata. Ut obsonia primorum ferculorum fuere consumpta, traditam pateram vino plenam singulus ebibit, tum nova fercula cuique mensæ sunt illata, quæ alia continebant Esculenta - - adveniente vespera, sublatis Epulis, *duo viri Scythæ* coram Attila prodiere, & *versus a se factos*, quibus ejus victorias, & bellicas virtutes canebant, recitarunt.

§. 5.

§. 5.

Aderant quoque, ait Priscus, quorum curæ epistolas scribere incumbebat, inter quos erat Rusticius, vir e superiori Mysia ortus, qui ab hostibus captus, cum dicendi facultate valeret, Barbaro laborem & operam in conscribendis epistolis navabat. - - Reccam Attilæ uxor alia, nos excepit, *mellitis* & *jucundis confabulationibus* & *magnifico Epularum apparatu.* - - Domus Attilæ, turribus insignis, & conspicua, e tabulis eximie politis, ambitu ligneo circumdata, longo satis intervallo, a circuitu domus distabat Balneum, quod Onesigesius, qui secundum Attilam apud Scythas opibus & autoritate valebat, *Lapidibus* e *Pæonia* advectis ædificaverat. In viam adventanti Attilæ, puellæ obviam prodiverunt; quæ per séries antegredientes, sub *Linteis tenuibus* & *candidis*, quam maxime in longitudinem extensis, ita ut sub unoquoque linteo, manibus mulierum, ab utraque parte in altum sublato (erant enim multi, hujusmodi milierum, sub illis linteis ordines) sex puellæ, aut etiam plures, dum iter pergerent, *Odas* & *Cantilenas* Scythicas canerent. - - Comessatus est Attila Equo insidens, Barbaris, qui in ejus Comitatu erant, suspensam tabulam (erat autem *argentea*) sursum Capiti ejus attollentibus.

§. 6.

§. 6.

Postridie, ait Priscus, ad Domus Attilæ interiora septa me contuli, dona ferens ejus uxori, quæ Cerca (Circe nomen Colchicum) vocabatur, ex Ea tres illi liberi; senior jam tum *Acatirorum* & *reliquarum gentium*, qua Scythia ad Pontum patet, Regno potiebatur. Intra illa septa erant multa ædificia, partim ex tabulis *sculptis*, & *eleganter compactis*, partim ex trabibus, opere puro ad rectitudinem affabre dolatis, & politis, quæ erant interjectæ, lignis ad Tornaturam elaboratis, exstructa & composita. Circuli autem a solo incipientes, in altum assurgebant, certa proportione, & mensura. Erat *pavimentum tapetibus stratum*, & supra ipsis gradiebamur, famulorum multitudo in orbem circumstabat & ancillæ, ex adverso humi sedentes, telas coloribus variegabant, quæ vestibus Barbarorum ad ornatum interseruntur. Hoc Prisci testimonio, id confirmatur, quod Cap. 3. §. 1. allatum est: Casluchæos seu Colchos, ex Ægypto venisse docebat color ater, crispum capillitium, circumcisionis ritus, & quod eodem modo *Linum elaborabant*, vita denique omnis & vita similis.

§. 7.

Quo culturæ in gradu Nationes constitutæ sint, nullum aliud sic signum ostendit, quam rerum

rerum ad bellum pertinentium ordo & apparatus, nam cum alea Martis periculi plena sit, quicunque eam ludere concupiscit, quæcunque, ne sua socordia, male cecidisse observetur, providere, credendum est. Est vero Strategia, una ex illis scientiis, quæ Actores suos ad finem usque, qui victoria est, suspensos tenet, & postulat, ut in summa contentione spiritus, accurata applicatione mediorum, subtili libratione hostilium dispositionum, & persæpe fortuitorum eventuum dexterrima apprehensione id, quod sperant, assequantur. Neque sufficit Belliducem peritum esse Strategiæ, sed necessum est, ut hæc scientia, singulo in membro totius exercitus, velut anima in corpore, constantis suæ præsentiæ, exhibeat testimonium: Scythæ qua ratione hoc in discrimine, se versandos præbuerint, optime intelligimus ex opere Leonis Imp. quod ad instruendam suam militiam exaravit: locum hæc exprimentem huc ex Amænit. Kollarii adjicere, Lectori commodum fore conjicio.

§. 8.

Quoniam autem in Turcorum (i. e. Hungarorum) mentionem incidimus, nihil nos alieni a nostro proposito facturos arbitramur, si quomodo ipsi acies suas instruant, declaraverimus. Consecuti sumus hanc scientiam usu &

medio-

mediocri experientia, cum *eorum auxilio contra Bulgaros* uteremur. - - Sunt vero Turcorum populi, ad omnia sollicite attenti, nec quidquam magis, quam sua consilia in arcano habent: temporum opportunitates, quam diligentissime observant, operamque dant, ut non tam conserta manu, copiisque, quam militari dolo, atque inopinatis aggressionibus, & rerum necessariarum interceptione, hostium copias fundunt. - - Armantur vero frameis, loricis, arcubus, hastis, quare complures eorum, duplicia in præliis arma, gestant, humeris quidem hastas ferunt, arcum vero tenent manibus, & tam hoc, quam illis pro occurrentis necessitatis ratione, utuntur, & in receptu, adversus persequentem hastam, arcubus excellunt: non modo vero ipsi armis tecti sunt, sed Equorum etiam, quibus nobiliores vehuntur, anteriores partes, aut ferro, aut denso centaculo, muniunt, excubias procul a castris, alias atque alias collocant, ut non facile subitis impressionibus possint opprimi, in ipsa vero pugna, aciem omnem non ut Romani, trifariam partiuntur, sed in diversas turmas, millenarias, quarum aliæ aliis connexæ, adeo modicis inter se intervallis distant, ut una continua videatur esse acies; præter instructam aciem, copias etiam superfluas habent, quas aut ad struendas insidias, adversæ aciei negligenter instructæ, emittunt, aut ad succurrendum, laboran-

laboranti cuidam parti suæ reservant. Sarcinas vero atque impedimenta, non longe a dextra, vel sinistra aciei ala, unius alteriusve milliaris intervallo, retro post aciem habent, quibus modicum præsidium relinquunt; Turmarum millenarum series, sive ordines indefinita profunditate instruunt, quod profunditatis acies sit validior, majorem curam gerunt. Denique ut aciei frons condensa sit, & æqualis, efficere student. Præliis eminus commissis magis gaudent, deinde struendis insidiis, & circuitibus, cum scilicet protensa utraque ala, hostem circumvenire, satagunt, tum simulatis recessibus, & repentinis in hostem conversionibus, denique dispersis agminibus, posteaquam vero hostes suos in fugam verterint, omni alia cura deposita, tergis eorum assidue inhærent, tota mente animoque in persequendis defixi: neque enim quemadmodum Romani, ceteræque Nationes, satis illis est, moderate insequi, & fugientium opes diripere, verum tamdiu illis incumbunt, donec internecione deleant: quem in finem omni arte, conatuque utuntur, si qui hostium, quos persequuntur, in munitum aliquem locum confugerint, tum id dant operam, ut rerum cum viris tum Equis necessariarum defectum accurate explorent: quo cognito, continua illos obsidione urgent, ut ipsos aut rerum inopia capiant, aut ad pacta sibi placita inducant.

§. 9.

§. 9.

Hoc ex testimonio Augusti Scriptoris clarum est, Nationem, quæ illo ævo, tali Strategia, hac serie, hoc ordine, & apparatu, artes & scientias intermiscere novit, origines a septentrione, Fennis, Juhria, Lapponibus habere non potuisse, Tacticæ enim fructus suo damno Russia Carolo XII. bellum inferente primum admirata est, illa ab Epocha, incitatione vicinorum, & ab aliis nationibus mutuatis Præceptoribus, se perficere conata est, non vigor naturalis, non propria reflexio apud illius Regionis populos scientiam peperit, Petri I. Enthea vis, & coactio, ut e glaciei instar rigentibus populis scintillæ elici possent scientificæ magno tritu, effecit. Superiore vero paragrapho, laudantur Hungarorum turmæ, a laudatis, quibus nempe ars militaris, Hereditaria quasi quadam ratione, a Græcis & Romanis tradita fuit, non virium impetu, non multitudine, sed arte & dolo militari, id est convenientibus militiæ motibus, quibus & miles proprius conservatur, & inimicorum vires franguntur: hac de causa Brietius, cum copiosius de Massagetarum fortitudine disseruisset, & Cyri Regis Cædem a Tomyre Regina patratam descripsisset, subjungit: „Sic abiit Cyrus, orientis terror, sub auspiciis Fæminæ, pudendo plane mortis genere, nisi hæc Fæmina

Scy-

Scythis hoc est *mortalium fortissimis imperasset.*

§. 10.

Hac fortitudine & virtute bellica, Hunni tam multas subegerunt gentes, nam ut Baronius Tom. 4. ad annum 360 scribit: „Hunni igitur posteaquam a Caucasiis Sedibus proru-pere, seu soli sterilitatem exosi, sive numine impellente, nam quod ad res orientis pertinet, hæc ex Ammiano collegimus, prodigioso quodam motu, sed nonnisi numine impellente, Hunnos ultra paludes Mæoticas incolentes, in Alanos irrumpentes, descendisse ad regiones trans Istrum, vectigales sibi fecere Bastarnas, Peucinos, Carpianos, subjugavere, Tanaitas, Roxolanos, Alanos, Cariones, Amaxobios, Budinos, Sturnos, Ubiones, Aribos, Navarros, Sarmatas, Vendicos.

§. 11.

Patet e superiori paragrapho, quam male accurati sint illi Scriptores, qui omnia Hunnorum facta uni Attilæ tribuunt, quod cum fieri animadvertisset Eruditus Belius Pag. 92. sui appar. nota (f) inquit: „Scriptores omnem rerum domi forisque gestarum gloriam uni Attilæ adscribunt, cum tamen palam sit, obscuro adhuc Attila, multa per orbem terrarum faci-

facinora Hunnos edidisse. - - Nam Hunnis ante Attilam complures fuisse e Græcorum Latinorumque annalibus elucescit. Balambero successit Mundzucus, pater Bledæ, & Attilæ, de quo Jornandes, in rebus Geticis Cap. 35. pag. 99. adscito in societatem Regni, proculdubio Uldi, quem Zosimus Hist. Lib. 5. Hunnorum Principem dicit. Crescente enim Imperio Hunnico, quum unus tantæ multitudini non sufficeret, principes duo, regia potestate, ornabantur. Utroque mortuo, Octar & Roas, fratres Mundzuci, Hunnicum populum teste Jornande l. c. rexere, quibus exstinctis, Attila cum Bleda, fratre successit.

§. 12.

Regisne an Ducis titulo Principes Hunnorum ornati fuerint, disquirit Berneggerus, Not. Hung. P. 1. §. 19. 20. Pag. 27. Priscus Rhetor, & Jornandes, Reges adpellasse videtur, quando Rempublicam Hunnorum, Regnum appellat. Quoniam Attilam, inde ab exitu, numero quintum, non vero quartum, uti Callimachus adnotavit, observare est; Thurotzius Parte 1. Cap. 10. seq. Duces nominat, cujus sententiam Bonfinius, Olahus & alii, rerum Hungaricarum Scriptores suam faciunt. Sigebertus ad annum 389 Duces & Reges Hunnorum recenset, atque post Balamberum, Gnama, & Melga

Duces

Duces collocat. Procopius ad annum Domini 535 de Hunnorum atque Euthalitarum antiquissima gente, memoria prodidit: „Hunnos Persis finitimos, jam longe ante suam ætatem, sub uno Principe politicam vitam inter se egisse.“ In Colchide antiquissimum Ætem Regem fuisse certum est, & quibus conditionibus Duces Almum sibi Regem præfecerint, in Anonymo Belæ Regis Not. videri potest.

CAPUT VIII.

§. 1.

Ne de Scytharum Sede & Originibus Lector Curiosus adhæreat, utile futurum judicavi, de vicinarum Gentium sedibus, & situatione, hoc Capite illa proponere, quæ nobis a probatissimis autoribus, de illorum certis in Pannonia & vicinia sedibus transmissa sunt. Haud enim iis acquiescendum est: „Peritissimus Michael Bonbardi e S. I. sua in Topographia Regni Hung. inquit: „qui gentes omnes Septentrionales, sub Heraclii imprimis temporibus in Europam infusas, ex una Scandinavia, Gentium proinde Vagina, educunt: aliud enim ipsarum *Mores*, *Indoles Lingua* admodum varia, non obscure nos

nos edocent," & maxime cavendum est, ne sedes sic gentium, susque deque habeantur, ut Jornandez, qui ait: „Hungari autem hi sunt noti, quia ab ipsis pellium murinarum Commercium, quorum mansionem primam esse in Scythiæ solo, juxta paludem Mæotidem, secunda in Mæsia, & Dacia, tertio supra Mare Ponticum rursus in Scythia legimus habitasse. Observandumque primo cum Leunclavio Musul. Hist. Lib. 2. a Græcis Scriptoribus, Leone, Simeone Magistro, Zonara, Eustathio, Simocatta, Cedreno & aliis *Turcorum* nomine, Hungaros passim denominari, quos tamen ad aliorum discrimen occidentales appellant. Eruditus vero Kollár in amæn. Vol. 1. Pag. 17. inquit: „Certum itaque, atque exploratum omnibus esse debet, ea omnia, quæ cum Imp. Leo, tum Porphyrogenitus ejus filius, de *Turcis* ætatis suæ scripsere, ad Turcas Othomanidas, aut quosvis alios, nihil omnino attinere, atque omnia nostrorum Hungarorum esse propria, accedit ad hæc gravissimum Porphyrogeniti planissime scribentis de Adm. Imp. Cap. 4. testimonium: „ætatis suæ Turcas Leoni Patri suo Liuntico Arpadis filio Duce socia arma contra Bulgaros junxisse, quæ de Turcis Othomanidis, aut quibusvis aliis nulla omnino ratione posse accipi, clarum atque perspicuum est.

§. 2.

§. 2.

Ultimi Europæarum gentium ait Phil. Cluver Geograph. Lib. 4. Cap. 21.: „fuere Sarmatæ, Græcis dicti Sauromatæ, regionem totius Europæ latissimam incolentes, in Scythiam quoque Europæam protensi, quin etiam in Asiam usque Hyrcanum mare nomen eorum pertinebat, ubi *Sarmatæ Asiatici* dicebantur, Parag. 2. sed Europeæ Sarmatiæ limites fuerunt, ab occidente Vistula Amnis, Suecicum mare, Finnicus sinus, & linea ab hoc sinu, ad sinum Granicum, sive lacum album perducta, quibus a Germania separatur, a septentrione Oceanus Sarmaticus, sive mare concretum; ab ortu iidem limites, qui Europæ: a meridie Mæotis palus, Isthmus Tauricæ Chersonesi, Pontus, Ister, & Hierasus, dein Carpatici montes, ubi in cuneum inter Patissum, Istumque procedit. 3tia Longitudo ejus porrigitur, ab Istri ac Patissi confluentibus ad Obii Ostium Mill. Ger. 540, latitudo vero inter Rha fluvium & dictum sinum Granicum, 360. Gens quidem universa, Græcis dicta fuit, habitu, armis, moribus, vivendique ratione Scythicæ ac Parthicæ similis - - ceterum de rebus gestis eorum, antequam sub Slavorum nomine nosci cæperunt, parum in veterum monumentis reperitur. Sarmatæ alias Heneti, mox Slavi, Slavini, mox Vendi, & Vindi

dicti

dicti scribit Frölich in App. Belii §. 20. Pannoniam imperante Caracalla adorti, ac 150 annis postea anno nempe 11mo Imp. Valentiniani, indepti sunt. Qui licet sæpe ejecti a Romanis, tamen iterum reduces, Illyrium, Dalmatiamque, & ex his cunctam Slavoniam, post tempora Justiniani, imperante vero Leone & Mauritio, Rasciam, Bosniam, Serviam, Carnium, Croatiam, & alias Pannoniæ provincias occuparunt.

§. 3.

Bastarnas situatos fuisse scribit Cluverius, quondam a Vistulæ dextra ripa ad Ostia usque Istri, & ipsos Ostiorum quoque insulas tenuisse, quarum maxima dicebatur Peuce, unde & dicti sunt Peucini. Patzinatzitis vicinos fuisse Bulgaros auctor est Porphyrogenitus, qui scilicet eos tractus incolebant, quos Danapris & Denastris fluvii permeant, quorum alter est, quem Dnieper vocant, seu Borysthenes. Posterioribus Seculis, quum Germanorum diversæ nationes ait Cluver. Pag. 165. Gothi, Burgundi, Rugii, Vandali, Longobardi, Marcomanni, Quadi, alii in Italiam, in Galliam alii, & Hispaniam proficiscerentur; contermina olim trans Vistulam, Gens Venedi, sive Vindi, quæ iidem & Slavi, magnam Germaniæ partem occuparunt, ad Albim usque; hinc crebra in Silesia, Lusatia, Misnia, Marchia Brandenbur-

gica,

gica, Meckelburgensi Ducatu ac Pomerania, Slavonica urbium, Castellorum ac vicorum nomina. Gens ipsa adhuc incolit totum Bojohæmum, atque Moraviam, Lusatiæ item agros magna ex parte.

§. 4.

Vicini Sarmatarum Thraces fuere, de his Pomponius Mela, his Thracia proxima est: eaque a Pontici lateris fronte, usque in Illyricos penitus immissa, qua latera agit, Istro pelagoque contingitur; una Gens Thraces habitant, aliis aliisque præditi & nominibus & moribus; Phil. vero Cluver Cap. 13. P. 367 inquit: „Post Strymona amnem, Macedoniæ proxima est, Thracia, inter validissimas Europæ Gentes, maxime fera atque barbara. - - Terminos habet a Septentrione Ænum montem, quo a Mæsis disterminatur, ab Oriente Pontum, & Propontidem, a Meridie Ægeum mare: ab occidente Strymona amnem; heic Bochart in Phaleg narrat amplissimam Odrysarum gentem, & regnum, quod in latitudine patebat ab Abderis ad Istrum iter 11 dierum, & in longitudine a Byzantio ad Leæos, vel ut apud Thucididem legit Stephanus, ad Lainos, Populos Pæonicos, iter 13 dierum, & addit, sed quod rei caput est, in eodem Thucydide legitur, primus Teres, Sitalcis Pater, primus

f Odry-

Odrysarum regnum, reliqua Thracia majus reddidit: Eumolpus etiam Thraciæ Rex fuit.

§. 5.

Mæsia ad Pontum usque cum Danubio decurrens incipit a confluente Savi, & Danubii, in ea Dardani Celegeri, Triballi, Timactri, Mæsi, Thaces, Pontoque contermini Scythæ. Getæ Thracicorum populorum unus erat, profecto nemo inficias ierit, jam olim Getarum nomen cum Gothi ad glacialis Maris ripas, adhuc obrigescerent, Græcis Latinisque prout ex Tomitano Vate, jam civitate donato, abunde discere est, innotuisse, & hæc quoque affirmant, Tacitus, Dio Cassius, Cluverius, hic postremus Pag. 374 asserit, infimam quippe inferioris Mæsiæ partem, quæ ad Pontum accedit, Scythæ tenuerunt, quorum pars validissima Getæ, ad utramque Danubii ripam, hinc in Mæsos, illinc in Dacos transeuntes; inclinato jam, & sua magnitudine, laborante Imperio Romano, Gothi demum Pannoniam invaserunt, qui quod e vastissima Scandinaviæ Provincia, prodiverint, indicio est, hodie quoque, hoc nomine insignis Gothia, Suecorum Provincia perampla, tum insula vicina Gothlandia.

§. 6.

§. 6.

Carolus du Fresne in opere de Illyrio vetere & novo Tract. prælim. Pag. 2. Ætate itaque sequente, dum diversi Slavinorum populi, provincias Romanas inundarunt: Illyrici magni nomine, totus ille terrarum tractus, qui inter mare Adriaticum, & Danubium, a Savo fluvio, ad usque Scodrum & Hæmum Thraciæ, indeque ad Pontum Euxinum protractus, lata Sede interjacet, intelligebatur. Cujus erant Provinciæ, Pannonia, Savia, Dalmatia, atque utraque Mæsia: Metropoles, Sirmium Pannoniæ, & Sardica Mæsiæ inferioris. Quadi antiquitus ait Cluver. Pag. 158 inter Bojohæmum, Danubium, & Marum flumen incoluerunt, postea vero nomen eorum, ad Sarmatica usque Juga, quæ sunt in Hungaria, inter duo celebria quondam oppida Erlam & Vacium protensum fuit.

§. 7.

Populorum in Pannonia varias fluctuum instar vices, Eruditus Frölich sic describit in app. Belii §. 24.: „Ex his omnibus, quæ narravimus, ubertim potest colligi, quam variis mutationibus obnoxia fuerit Pannonia, scilicet volubili fortunæ lusui, & versatili globo similis fuit, quippe quæ aliis, alios semper exturbantibus, mox huic, mox alteri turbæ, ex-

hibuit diversorium. Quod primum procul dubio, contigit Hebræis, deinde Græcis & in his Pæonibus, Albanis, Agrianis, Bastarnis, & Galatis, ex Germanis erant Getæ, Gothi, Gepidæ, Thyssagetæ, Gothici Gothones-Ostrogothi, sive Ost Gothi, Vestro-Gothi, sive Vest & Visigothi, Daci sive Dai, Dani, Alani, Arii, Vandali, Burgundiones, Cimbri, & Cimmerii, Longobardi, Rugi, Osi, Heruli, Mysi, Galli, Celtæ, Boji, Senones, Franci, Sassones, sequebantur Itali, imprimis Romani, & Valachi, ex Sarmatis erant Heneti, Vendi, Vindi, Slavi, Illyrici, Dalmatæ, Bulgari, Rascii, Bosnici, Croatæ, denique ex Scythis, Siculi, Germanis Székler, Hunni, Avares, Hungari.

§ 8.

Molimina Politica non defuisse, ut tota Scytharum multitudo, ad sedes fixas invitaretur, superius ostensum est, sed magnus semper fuit eorum numerus, qui socialium institutorum fræna, ne imponerentur cavit, de his, hodie sub nomine Tartarorum notis, Scythis Nomadibus, dicit Cl. Bunonis ad Cluverii Pag. 384.: „Tartari, qui eas incolunt Regiones, iisdem fere sunt moribus, quibus olim Scythæ; nam neque fixas Sedes habent, Pecora & armenta sua, cum totis familiis sequuntur, uxores liberosque in plaustris secum ducunt. Et

hi

hi cæteris, qui in oppidis degunt, longe nobiliores se existimant, & præstantiores, quippe quorum virtus, fumosis non queat urbibus contineri, & sine quorum Custodia isti Salvi esse non possunt: videntur itaque Tattari isti non genus, sed nomen tantum mutasse.

§. 9.

Hac e situatione populorum clarum est de Originibus Hungarorum Scribentes, attentos esse debere, ne cum ab antiquis nomen Scythiæ, nimium liberaliter, a Caucasi Montibus ad Riphæos usque applicari sentient, populos Originis sincere Scythicæ, cum Sarmaticis confundant, quod jam in Tartaris cavendum est, pars enim populorum Sarmaticorum, non secus ac Scytharum, Nomadicam secuta, quod sit vitam, certum est. Hunni quidem circa Paludem Mæotidem, sibi molestos Populos, impulerunt & eorum Sedes usque ad Istri fluenta occuparunt, & Populi Sede moti, versus Septentrionem, terras quærere coacti sunt, quod occasionem dedit, ut versus Septentrionem coarctati Populi, per Occidentales plagas Europæ, in Germaniam & Pannoniam infunderentur: sic intelligitur, qua de causa Gothi & Slavi Littora maris Septentrionalis sensim reliquerint, & de novis Sedibus circumspicere cæperint. Recte Cel. Schlözer in sua Epistola

ad

ad Sam. Gyarmathy monuit: „Cavendum esse ne Hungaros nimium Septentrionalibus immisceamus populis, & Tartarorum ad Jaicum Linguas, præcipue Tscheremissorum, Wotjakonum, Tschuvaschonum, & Wogulensium, ad severum examen vocandas esse, antequam de Lingua Hungarorum aliquid, quod ad determinandum pertinet, pronuntiemus. Populi isti quatuor, illarum Regionum, quas olim Scythæ inhabitarunt, alam dextram versus Septentrionem texerunt, & severo examine, illi antiquis, Sarmato-Scythæ esse deprehendentur, qui Nomadum ritu, per æstatem, versus Septentrionem, per Hyemem versus Orientem pascua quærebant, ut supra a Pocockio de Arabibus id dictum est, & hac ex situatione, & vitæ instituto, utriusque plagæ & linguam & mores combiberunt.

CAPUT IX.

§. 1.

Præter Pæonios seu Pannonios, ex Græcia profectos, nullus dubito „ait Cl. Frölich §. 20. app. Belii" quin alii quoque populi Regionem hanc insederint, quemadmodum in Hungaria

ex

ex nonnullis repertis, & litteris Hebræis, inscriptis monumentis, forte non ab re conjicit Lazius, has terras Hebræis ante & post diluvium haud caruisse, placet & Philippo Melanchtoni, Gothos & alios populos, cum in Pannoniam & & Germaniam migrassent, Ismaelitis permistos, advenisse; dissipatis namque tribubus decem, multi Israëlitarum in Asiam minorem ingressi, Gothicis & Scythicis se nationibus adjunxerunt; atque ita numinis Providentia factum est, ut Divinæ Lucis notitia, gentibus quoque nonnullis illuxerit. Quare scribit Herodotus, se in Colchide, quam Cimbri olim incoluerant, circumcisionis morem reperisse: ceterum Judæi, jam ante Christum natum Germaniam Pannoniamque inhabitabant.

§. 2.

Judæam cum Rex Nabuchodonosor subegisset, magna pars Populi secessione ad vicinos saluti prospexit suæ, vicinam in Syriam & Pontum, & varias Europæ Regiones, metus ultimorum subeundorum adire impulit, Jeremia Propheta computum agente, 4,600. 2 Regum 24 v. 12. 14. 10,000 in captivitatem ducti censentur, utrumlibet ostendit, partem magnam populi, relicta fugisse patria, erant quippe Asa Imperium tenente, quos in aciem educere posset 580,000 capita, quare populationem in-

tegram

tegram quinque circiter milliones animarum facere debuisse, itaque credibile est, sat magnam totius populationis portionem, sub aliarum Gentium protectione, suæ prospexisse saluti. Hac de Emigratione meditatus Ill. Grotius de Rel. Christ. inquit: „Cælum astriferum uno in loco est, & tamen ejus vox & verba ubique locorum audiuntur, id est, vis ejus intelligitur. Pari modo, in illustrioribus urbibus fuerint, ibique & prædicaverint, & miracula fecerint, ut Hierosolymis, Cæsareæ, Joppæ, Antiochiæ, Ephesi, Corinthi, Thessalonicæ, inde fama tantarum rerum, *pervenit ad omnes terras, in quibus habitabant Judæi*, idque sufficit" verum hoc esse effatum, labores, & successus eorum; qui ad convertendos gentiles excubant, demonstrare videtur; nam ubicunque Synagoga fuit, Christianismus inseri non difficulter potuit, cum enim de venturo Messia, jam adessent, qui testarentur, facile fuit Messiam jam comparuisse, e Prophetis edocere, ubi vero de tota Oeconomia Revelationis Moysi & Prophetis factæ, notum nihil erat, Messiam venisse oppido difficile fuit, ut persuaderentur.

§. 3.

Quamvis itaque hac via Regia, nempe per Apostolos Judæis conversis; in Scythiam Christi Religio pervenerit, alia etiam via, per Æthiopas nempe, ut citius plantaretur, effectum

est:

est: Eunuchus nempe anno Christi 34 a Philippo Apostolo baptizatus, Jesum Christum in Ægypto annuntiavit; & Doctrinam acceptam ab Apostolo, Patriis moribus accomodatam ut susciperet, occasionem dedit. Hinc postea nati sunt illi Hungari Ismaelitæ dicti, ut parte Conject. 2da ostendi, qui Christianam Religionem, ritibus quibusdam Judæorum similibus intermixtam profitebantur: quos ritus Claudius Rex Æthiopiæ, velut antiquissimos, & suæ nationi familiares ostendit & defendit: in qua ejus defensione observare possumus, Regimina antiquitus, populis suis, in rebus ad fidem pertinentibus, ut arbitrio suo uterentur, liberalius permisisse; quod & alio insigni exemplo illustratur: quod Dschingis Chani præcipuus & unicus fidei articulus, Existentia Dei erat, Creatoris omnis boni, qui sua præsentia Cælum & terram implet, quæ ipse condiderat. Tartari & Mogoles, adhærebant Idolis suarum stirpium, & eodem Jure pars Paganorum, pars Judaicam, Mahometanam, aut Christianam Religionem, & inter has, pars etiam Nestorianorum placita, profitebatur, & exercebat. Simili jure & indulgentia, apud Hungaros etiam, Res Fidei tractatas fuisse, ostendunt Hismaelitæ, qui reliquis intermixti Hunno Scythicæ Originis Populis, Christianam suo more tinctam profitebantur Religionem, per aliquot etiam post Sanctum Stephanum Regna.

§. 4.

§. 4.

Quod vero Religio Christiana non saltim insinuata, sed firmis quoque radicibus steterit, ex Epistola etiam S. Piligrini ad Benedictum VI. R. P. in Harduino discimus, ubi legitur: „Unde quoque visum est, jam necessarium esse, ut Sanctitas Vestra, illic aliquot, jubeat ordinari Episcopos, quia ut quondam Romanorum, Gepidarumque tempora, septem Episcopos, eadem Orientalis Pannonia habuit, & Mæsia Lauriacensi Ecclesiæ subjecta" & in Topograph. R. H. a Mich. Bonbardi S. I. Pag. 178 legimus, „jam vero nullus adeo Peregrinus est, Ecclesiastica in Historia, ut Attila orbem vastationibus desolante, Andaricum Gepidarum Regem floruisse, aut Attilam 454. humanæ salutis anno vivere desiisse, quo circa si Gepidis, rerum in Pannonia, potiuntibus, septenos hæc provincia habebat Episcopos, uti reapse habebat, ante ipsa Attilæ tempora vera religio, per plagas Pannoniorum, late fuit dispersa."

§. 5.

Vineam Domini sic in Scythia plantatam fuisse, per Apostolos Andream, Thomam, Philippum ex historia discimus Ecclesiastica, Pauli quoque Doctrinam in illis Regionibus percrebuisse, docet Claudius Rex, qui Pauli

effa-

effatis, Hismaelitarum instituta & ritus defendit, sed neque solum in plebe infima religionem Christi notam fuisse, sed inter Principes & ad Thronum usque pervenisse, Rex Gorda exemplo est, qui tradentibus Timone in Icone Hung & Inchoffero ad A. C. 527. propterea, quod Christi Religionem profiteretur, a fratre Magore trucidatus est, & sic factum est, ut non diu post Attilæ obitum, Hungaris coronatum habere Martyrem, obtigerit: „additque Inchofferus, quod plures e Principibus Hunnis conversi sint ad fidem Christi, Chagan Thudum, Chagan Theodorus, & quod plures e suis etiam Episcopos habuerint. Hæc vero omnia, quæ de Christiana Religione dicuntur, eo sensu accipienda sunt, quo id sumptum vidimus, exemplo Claudii Regis & Dschingis Chani, multa enim Libertas, in rebus ad fidem pertinentibus, ad Jura populi illo ævo pertinere videbatur, quare eodem plane modo, Scythas, Hunnos & Hungaros, multitudini admisisse, credere par est, ut quem intima persvasione, sibi cultum elegissent, eum ut sequi possent, non impedirentur, adeoque inter eos fuisse, qui Idolorum essent Cultores, qui Hebræi, qui Christiani, more Hismaelitarum vel Nestorianorum, quin hæc rituum & cultus diversitas obesset, ut ad Imperium totius orbis adspirarent.

CA-

CAPUT X.

§. 1.

Hucusque eruditus Lector advertit, me sic circa Origines, primam Sedem Hungarorum, pressa optimorum Autorum vestigiis inhæsisse, ut potius Historiam narrasse, quam Conjecturis, finem mihi propositum assequi, videri possim: redeo nunc ad institutum meum, & hoc Capite meis nixus Conjecturis ostendam, quam jucundæ sint Philologiæ studia, si Orientales illa comitentur Linguæ. Scriptor elegans Samuel Timon opus suum, Icona Regni Hung. sic orditur: „Veteres interpoluere, ac emortua ad vitam revocare, eaque denuo fingere, valde quam arduum est. Scriptores Græci Pannoniam vocaverunt Pæoniam, Pannonios Pæones. Accedit illis ex Latinis Ovidius. Pæonia altera fuit in Macedonia maritima ad amnem Axium, & ut Dion Cassius scribit, ad montem Rhodopen. Notum testatumque est, hanc regionem Etymon habuisse a Pæone, Endimionis filio, unde vero Pæonia, quæ propria Pannonia dicitur, nomen duxerit, obscurius est, Dion & Hilander nugari videntur, dum ajunt Pannoniis nomen inditum fuisse a pannis,

quasi

quasi pannosi fuissent, vel centonibus, ac vestimentis ex variis pannis consutis usi fuissent. Ipsi namque eo se nomine appellaverint, cum adhuc nulla cum Romanis consvetudine conjungerentur, prorsusque ignorarent, quid verbum hoc pannus in Romana Lingua valeret? Quibusdam placere animadverto, Pannonios nominatos fuisse, ex Pane illo Pastorum Deo, propterea quod eum praecipue coluissent. Sed reclamat natio, in cujus Lingua vocabulum Pan dominum significat. Sunt, qui Nominis illius Originem ad Pannonem Regem referant, quia memoria sic esset proditum. Verum etiam Rex, si quisquam eo nomine fuit, a Pano dictus fuerit: „Has Nominis difficultates e Hebraica dissolvemus Lingua, sunt Hebræi Obsoniorum amantissimi, & Pisces in diliciis habent, hinc Regnum, quod multis fluviis rigatum esset, qui omnes optimorum piscium scaterent multitudine, nominaverunt פאה נונים Pheanunim Pannoniam Regnum Piscium dives, quæ denominatio ad notam Characteristicam omni ex parte sufficit, quia illis solum in fluviis, qui sub Climate temperato, solo ubere decurrunt, plurimi & delicatissimi reperiuntur Pisces. Hac de causa & Provincia Szathmár suo in sigillo sturionem depictum habet, ut Provinciæ ubertatem edoceret.

§. 2.

§. 2.

Non minor est obscuritas & Autorum
sensus de nominibus Hunnus, Hungaru
Magyar, & parte quidem 1ma Conjecturar
& Æthiopica Lingua, posse derivari con
meditatus vero locum Cl. Desericii Lil
Cap. 5. qui sic sonat: „Illud etiam de Scy
ac speciatim majoribus nostris, Hunnis u
Attilanis, Ammianus Marcellinus, eis æqu
aliique prodidere, quod videlicet, nedum
equino, *verum & sanguine vesci* consveve
semicrudam ac subter Ephippio calore fo
carnem manderint: „fors melius e Persica
gua deducendum conjicio, nam خون H
apud Persas Sanguis nominatur, unde no
Hunnus, quia vero eadem in Lingua غور
exercitum significat, Hungur exercitus d
minari potuit, qui sanguine ad solemnia
victum uteretur, nam & ad fidelitatem se
tuo, poto sanguine, exstimulasse legimus
cum militem cogerent, frameam multo
guine tinctam, solitos per tribus mittere,
cone clamante, sic illius fundendum sangui
qui non paruerit. Iidem Persæ dicunt خونخوار
Hunnhawari sanguivorus, & خونریز Huns
sanguinis effusor, Tyrannus. Nomen Mag
à Populo Scythiæ Magy derivandum esse
seo, de hoc Populo hac Parte 3. Cap. 2.
dictum est, vocula Ar in fine addita, *pr*
sig

significat, & Æthiopicæ est Originis ut Parte Conject. 2. Cap. 8. Nr. 174 ostendi, hanc voculam ad multorum nominum compositionem in Hungarica Lingua in fine adjici, sit e. c. Bodn ár, Kád-ár, Kasztn-ár Tszisz-ár, Kolm-ár, Tim-ár &c. & ut ex his exemplis apparet, ubique qualitatem, proprietatem, statum significare intendit, hinc itaque Magyar a Magy Scythiæ Populo derivandum esse, certissimum puto.

§. 3.

Nomen Vár non minoris est perplexitatis, interim Persis vocula Vár frequenti in usu est, quotiescunque habitum denominationem aliquam, & actorem, & possessorem significare volunt, & eadem ratione, qua Hebræi vocem בַּעַל Baal in usum vocant, vel ut Arabes voculam dszu ذو e. c. پیشه ور Paisza vár Aurifaber, سخن ور Szohán vár, qui verba facit, in quo exemplo posteriori advertat eruditus Lector Szohan & cum Hungarico Szó *vox* contendat; sic quoque Hunvár هونور possessorium Hunnorum, Temes-vár Possessorium ad Temes significat.

§. 4.

De Danubio Pomponius Mela narrat: „Ille fluvius, qui Scythiæ populos, a sequentibus

diri-

dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quam disinit nomine exoritur, nam per immania magnarum Gentium diu Danubius est, deinde aliter eum appellantibus accolis fit Ister" Cluverius Pag. 375. inquit: „Ister fluvius, omnium Europæ maximus in Germaniæ jugis Abnoba montis oritur. Abnoba est Hebræorum אַב נֹבַע Ab *princeps* noba *scaturgio*, hinc postea ipse fluvius, collectis jam aquis dives רִי נֹבַע Dei *copia*, & noba, *copiarum flumen* compositum nomen, accepit Danubius. Ister vero a Scythis, Æthiopum Lingua utentibus nominatus est, ab ዐሣ *Pisces* & ጥሪት Teri *Gaza*, ut sit Ister Piscium Gaza ob multitudinem & varietatem sic dictus. Lector eruditus advertat, utrumque hoc nomen Danubius & Ister, quam multum ad fidem meis Conjecturis dandam in sinu foveant, Hebræos supra vidimus, antiquis valde temporibus in Germania & Pannonia habitasse, & Scythas Hunnosque Lingua Æthiopum fluvium eum ad se pertingeret, denominasse.

§. 5.

Multorum nominum Hebræos fuisse Autores, ostendunt Nomina, Tibiscus, Savus, Dravus, Tibisci nomen videtur e תֵּבָה Tiba *navis* & יִשְׂחֶה Ische *facit natare* compositum esse, ut sit Tibiscus *fluvius naviger* est nempe תֵּבָה־יִשְׂחֶה Tibiscus. Sic Savus a זָבָה Sava *fluit molli-*

mollifer, & Dravus a דָּרַר Darar *libere, largiter fluere:* sic quoque Carpathus Hebraicæ est Originis a כַּר Car agnus, & פֵּאָה Peah plaga provincia; ut multitudo Ovilium in illis oris dedisse videatur occasionem ad nomen כַּרפֵּאָה Carpeah *agnorum plaga* vel *provinciæ angulus.* Sic Provincia Szathmar a שׁוֹט Szot exundatio & מַר *Mar tristis*, dicta est שׁוֹטמַר *Szothmar ob exundationes tristis*, & Provincia Marmaros מַרמַראשׁ Marmaros *tristis ob Montes* & Provincia Bihar בְּהַר Bihar Provincia *ad Montes*, & Provincia Szabolts כּבעלץ Sabolts, *læte ad circum eundum* Tibiscus quondam & *Titia* dictus est a טִיט *Tit* Limus, quod aquæ ejus Limium vehere observatæ essent, & Pathissus a Plinio est a בָּאתָּוֹן *Pathissus in Ostio majestuose se movens.* Nomen quoque Horváth a הרבית Horbait in monte domus derivandum esse videtur. Nomen Kotzavett apud Hungaros & Germanos in usu est, dum Res sub publica Hasta venduntur, Licitatione mediante, hæc vox Æthiopica est ቆተወ ወፕሐ Kottavette *Res sponsionis causa in medium locatæ, coacervatæ.*

CAPUT XI.

§. 1.

Necessum est, ut inexplicabili Labyrintho se comittant, omnes illi Eruditi, qui in comparatione Linguarum, Judicium ab auribus, a natura constitutis judicibus, ad oculos deferre conantur: „Erant, inquit amænissima Eruditione dives Herder, Eruditi, qui admirantur, quod soni omnium nobis notarum Linguarum, viginti & aliquot Litteris comprehendi possint: sed erroris plenum post factum, conclusio falsa est: omni quippe in Lingua ut Lamberti in Germanica ostendit, multo pauciores sunt Litteræ, quam soni, & hac de causa, quam vago modo hi, ab illis pronuntientur, in aprico est: quænam illa est Lingua, quæ ex Libris, suis cum sonis & accentibus rite ediscitur? quænam mortua idcirco Lingua iterum in vitam revocari potuit? affert postea P. Claumont exemplum, qui cum 50 annis inter Hurones, vixisset, de gutturalium tamen Litterarum & Accentuum difficultatibus queritur: ait nempe binas voces iisdem plane constantes Litteris, significationes tamen pronuntiatione diversissimas acquirere, eadem prorsus dicuntur no-

mine

mine P. Rasles, Garcilasso de Vega, de la Condamine, la Loabere & addit: „quid opus est, ut ad tam distantes, cujus causa Populos progrediamur, Populi Originis Europeæ, Estlandi, Lappones, ita obscura articulata, & litteris non parentia, proferunt, ut Hurones, & Peruani."

§. 2.

Quod si propterea fidum nulla ratione est indicium, illa, quæ oculis usurpantur, & consimilia judicantur, auribus quoque immissa, sine vinculorum, quæ Litteræ circumposuerunt modificationibus, similitudinem quandam retentura, mirari oportet, qua ratione, tam infido manuductori se comittentes Eruditi, de Lingua, & Originibus Hungarorum decernere conati sint. Fateor quoque me etiam Lingua ab Æthiopica invitatum, de Originibus Hungarorum meditari cæpisse, at nunquam me penitus huic concredidi viæ duci, sed illico ut me Annales Mundi, & Historia Regni Hungariæ comitarentur, sedulo adlaboravi, & cum difficili sane labore invenissem, qua ratione Lingua Æthiopum Linguæ Scytharum admisceri potuit, non me fugit & alias Linguas Orientales penum Linguæ ditasse, & præterea etiam voces occidentalium Linguarum in texturam Linguæ applicitas esse, & scivi & perspectum habui.

§. 3.

Non hæc aliter Cl. Nicol. Révay in suo opere de Antiq. Litt. H. comparata esse censet, dum inquit: „Verum manuscripta nostra vetera, & volumina impressa, partem maximam Latinis, satis copiosa vero etiam Gothicis Litteris sunt exarata & expressa. Utrasque Majores nostri a Monachis, suis olim præcipuis in Religione Christiana magistris acceperunt. Et cum hæ neque suffecerint, quod pauciores sint, quam sermo noster exigat, & ex iis ipsis, quæ præsto sunt, quædam non omni casu idoneæ repertæ fuerint; quanto remotiora sunt a nostra ætate scripta hujusmodi, & Libri, typis expressi, licet enim vero, in iis animadvertere, tanto magis abductos Scriptorum animos simul & calamos, inconcinnamque, & horrisonam Litterarum confusionem, & §. sequenti 2da primum enim Scriptores nostri, tentando fere, modo hanc, modo illam arripuerunt Litteram Latinam, cui peculiaris aliquis sonus Hungaricus in voce aliqua exscribenda auditus, propius aut paululum accedere visus est: deinde auxilio vocata est, medio cumprimis tempore imitatio Orthographiæ, aliarum gentium, apud quas soni quidam Hungarici sparsim audiuntur, ab his cæpit sensim ad nos deduci, & duarum pluriumque Litterarum, ad unicum dumtaxat sonum rectius exprimendum,

fie-

frequens connexio, & signorum præterea usus, æque non rarus in Litteris, ad proprium Hungaris sonum proxime accedentibus, & §. 3. non sine stomacho audiuntur multorum, qui ad ista advertere negligunt, non probatæ ne quid acerbius dicam, de indole Linguæ nostræ antiquæ & Opiniones & Sententiæ, - - - veterem Linguam Hungaricam, tam impeditam, tam hiulcam, tam asperam, & tam horrificam volunt reddere, qualis ea nunquam esse potuit & §. 4. Sed miror magis Sajnovitsio, non idem & hic succurisse, ad conciliandam, cum hodierno sermone nostro funebrem hanc allocutionem, quod ille ipse, in celebri demonstratione sua, quæ docet Lapponum & Hungarorum idioma idem esse, ultro animadvertit, ante omnia præstari oportere -- nam Lapponum gratia Lecmaniana, usus est Orthographia, & Lapponicas illas voces 150, quæ cum nostris congruere demonstrantur, nostri quidem Hungari, *sola hac Orthographiæ reductione* persvadentur revera convenire.

§. 4.

Non solum Lingua Hungarica, diuturna opus habuit cura, & multa arte in poliendo industria, Parte Conject. 1. Pag. 6. olim in Latina Lingua, non minorem fuisse difficultatem, ut Soni Litteris induerentur Exemplum inserui,

in

in Gallica Lingua idem obtinuisse nunc ostendere animus est, Cl. Pluche in suo opere, quod spectaculum Naturæ & Artium inscribitur Tom. 7. Discursu 20. de Palæographia inquit: „a generatione in alteram scriptura & ejus modus variarunt. Scriptura Sæculi 16. & finem 15. omnium difficillima est, quo magis ascendimus, inscriptiones & manuscripta lectu faciliora sunt, scriptura magis & magis, se numismatum Scripturæ accomodat, & postea ab antiqua Romana non differt; hæc Eruditus Autor exemplis illustrat, a Sæculo 16. usque 6. productis Litterariis monumentis, hujus posterioris Sæculi producit Epitaphium, quod sic sonat: „Assi jay lo Comte Bernard, fis el crediere al sang sacrat: qua sempre prud'home es estat, preg!-en la Divina bontat, qv'a que la si que lo tuat posqua soi arm'haber salvat: Hæc quis nisi valde in Lingua Gallica exercitatus significare putet: Hic jacet Comes Bernardus, testatus est per sanguinem Jesu Christi, quod vir semper honoris amans fuerit, oremus divinam bonitatem, ut ille, qui illum enecuit, salvam possit habere animam. Non itaque productis monumentis Hungaricis Barbaries objicienda est, nec Artes nec Litteræ primum cum nascerentur illum quem postea acceperunt perfectionis gradum habuerunt, habent hæc, suam infantiam, puertiam, viri ætatem, & senectutem, sed & hoc accidit, ut mox

vide-

videbimus, Litteras & Artes per longas periodos languescere, & fere emori, postea ad se redire & iterum exsplendescere.

§. 5.

Nam attentos quoque esse oportet antiquitates Linguæ Hungaricæ in medium collocantes, ne in illa incidant & velut genuina commendent, quæ Status Litterarum tristis, qui Europam a Sæculo 7. usque 12. tenuit, non favente Lucina in orbem protulit. Crevit, inquit Cl. Cellarius in sua Hist. medii ævi: „Justitia - - paucos habuerunt Ecclesia, & Litterarum Respublica, quorum ingenio illustrarentur, & Sæculo 9. non felicior fuit Respublica litteraria, ad paucitatem redactis, qui consultum studiis irent, ubique gentium barbarie invalescente, & Sæculo 10. occidens sterilior fuit, nec fere quemquam habuit, qui scribendo nomen adeptus sit: „Si hucusque dicta æqua lance expendantur, barbarum illud & horrificum, quod in monumentis a Révajo productis primo obtutu, inesse videtur, facile concedemus, post Litterarum tantam Ecclipsim, & hos conatus fuisse giganteos, ut vero appareat, Hungaros ne difficillimis quoque temporibus, Litterarum fuisse immemores, huc insero locum ex Andrea Beythe, qui fine Sæculi 16. vixit, quo in Sæculo vel in Gallia Scri-

pturam

pturam fuisse difficillimam vidimus e Cl. Pluche, sic vero Autor Hungarus præfationem suam ad Herbarium a se editum concludit: „Engèdgye Kediglen, az Atya Ur Isten, az ô Szent Fianak az Ur Jesus Cristus altala, hogy the is kôrôztyen Embôr ezt ez kônyvett olvassvan az Szent Lelôk Istentôl meg vilagositassal es vehessed ô Szent fôlsegenek lelki es testi aldasat az meybôl dichertessek ô Szent Istenseghe ôrôkkôl ôrôke. Amen. Irtam Nimet Uivári kôrôztyeni gyôlekôzetnek alazatos szolgaja és Istennek titkos dolgainak meltatlan Safara. Hoc pulcre apparet ex Exemplo, qua ratione luctati sint Scriptores Hungarorum, ut sonos suæ linguæ, litteris congruentibus induerent, & præterea, quam cito, nisi litteræ obstitissent ad puritatem suam lingua pervenire conata sit.

§. 6.

Non itaque defendemus Scythas, eo in statu perfectionis Linguam possedisse, quo eam hodie, post multorum Eruditorum conatus, & loquimur & scribimus, memoresque nos esse decet, doctrinæ, quam Horatius ad Pisones commendavit: „ut Silvæ foliis, pronos mutantur in annos, prima cadunt: ita verborum interit ætas -.- nedum sermonum stet honos, & gratia vivax?. multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque, quæ nunc sunt in

hono-

honore vocabula, si volet usus, quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi: „Magnus hic magister usus, non aliter regnum suum expedire potest, quam satisfactione illarum conditionum, quæ obtinentes etiam vicissitudines, alma in Pace usus firmis stat radicibus & enitescit, Bello obtinente omnia, quæ usus comendat, titubare consueverunt. Cum vero Scythæ a primis fere suis incunabulis ad secundam migrationem in Pannoniam usque, & post etiam Historia Patriæ docente perpetuo in armorum exercitio versari debuerint, mirum non est, Linguam, quæ enitescere potuit, rudibus tractatam manibus, temporum injuriis dominantibus exsplendescere non potuisse. Jam in Aula Attilæ a Prisco Rhetore discimus tres fuisse in usu Linguas, Græcam, Gothicam, & Scythicam, & cum postea Scythæ, Sarmaticos populos suis exturbarent Sedibus, nec id mirum videri debet, earum gentium, cum quibus pugnabant, & de rebus Pacis & Belli inter se egerunt, Linguas noscere cæpisse, & suæ Linguæ per continuum usum intermiscuisse quædam, quæ frequentior usus commendabat: his tamen omnibus influentibus, Asiaticæ Originis originales Characteres detriti non sunt, & forma sua structura & Harmonia clarissime sua testatur incunabula.

§. 7.

§. 7.

Attilæ in convivio cum Priscus Rhetor interfuit, Poëtas Lingua Scythica, de ejus magnis facinoribus Hymnos recitasse, nobis refert, illud vero certum est, nisi Linguarum naturalis quædam mollities adsit, flexilitatem & Harmoniam nulla vi & conatu quantumvis a peritissimis in Linguas sua natura recalcitrantes super induci posse: Poësis quippe verus est lapis Lydius, qui manifeste ostendit, quæ Lingua velut aurum malleabilior, quæ ut ferrum summa vi versatur, in teneritudinem diduci neget. Quod si inter antiquos, Hebræorum & Syrorum labores Poëticos, cum Persicis & Arabicis, comparemus, aperte intelligemus apud priores non defuisse artifices, sed Linguam, apud posteriores Linguam artifici nullam dedisse sollicitudinem, sic postea, si Græcorum, Romanorum, Italorum, Hungarorum Poëtica opera cum Gallorum, Anglorum, Germanorum comparemus operibus, illis Linguam favisse, his quidcunque tentarent defuisse experiemur.

§. 8.

Quam obsequentem vero habeat Hungarus Poëta Linguam, vel ille Rhytmo, vel versu libero, vel modulis Græcorum & Romanorum

scribe-

scribere velit, tot testantur utriusque sexus opera, ut labori supersedere possim in eo demonstrando: hoc admiratione dignum est, & nulli alteri Linguæ proprium, quod Cl. Varjásy in Hungarica detexit Lingua, una saltim vocali, longius etiam metrum absolvi posse: Exempla hujus curiosissimi Phænomeni in Pauli Beregszázi opere de affinitate Linguæ Hung. cum Orient. Pag. 211. & seq. videri possunt. Quod si Fennicæ Originis Populorum opera Poëtica in comparationem sumantur, tum manibus, non solum oculis quasi tangere possumus, populos tam diversis modulis procedentes, nulla inter se affinitate unquam nexos fuisse.

§. 9.

Laudemus itaque Poëtas, Oratores, Philosophos, qui voces Linguæ apposuerunt vel novas vel decentius vestitus, magni faciamos Grammaticos, quod multo studio inventas voces civitate donarint: non tamen negligamus antiquitatum scrutatores, qui traditiones, de originali Linguæ statu, nobis ostendere valent, horum nempe diligentiæ acceptum habebimus, ne illa, quæ essentialia sunt, ad Linguæ Characterem originalem tuendam, penitus evilescant. His concessis, quæ hucusque hoc Capite postulata sunt, voces, quæ e Regione

Tar-

Tartariæ, & Montis Caucasi viciniis adferuntur, ante reliquas Poetæ, Oratori, Philosopho, Grammatico, Critico diligenter versandæ sunt; ut enim Scythæ antiquissima Gens fuerunt, Linguam quoque propriam cum nulla Orientalium confundendam habuisse, certum videtur. Has post voces, Æthiopicæ Originis vocibus, primus assignandus est locus, quod Ægyptus, ab antiquissimis temporibus, in Scythia versata, scripturæ gnara, artibus & scientiis polita, Æthiopici sanguinis Regibus per longum ævum donata; formam vocibus Scythicis, ductu Scripturæ Æthiopicæ, impressisse appareat: atque extra dubium sit, si Grammatici Alphabetum Æthiopicum meditari vellent, de defectu Litterarum, quibus sonus Hungaricus exprimatur, minus vel plane non conquesturos: post hæc duo stamina originalia, concedemus libenter & aliarum Linguarum voces in penu Linguæ Hungaricæ adservari, de Hebræis videndum est, an non potius Æthiopicæ sint voces, postea Persicas inesse, Syras, Arabicas, Chaldaicas, Turcicas, Zendicas, Pehlvicas id est Persicas medii ævi, Indicas seu Zingaricas, ut Grellman ostendit, Gentis hujus origines esse ad Indos referendas: esse præterea, Occidentalium quoque Populorum voces, Sarmaticas, Sclavonicas, Germanicas, Gallicas, & si lubet Fennicas, & Lapponicas, has omnes voces, scrupuloso examine versatas, si suæ veræ

Ori-

Originis, nulli contestationi obnoxia dederint indicia, thesaurum Linguæ Hungaricæ ditasse grati fatebimur. Quod si vero præsumpserint, id sibi vindicare, quod Characterem, quem Lingua Hungarica præsefert, extuderint, ut reas summæ impudentiæ & manifestæ arrogantiæ, nulla ratione exaudiemus. Parte Conject. altera recensui opera, ex quibus apparet, in Latina & Germanica Lingua, voces prope infinitas, aliarum latere Linguarum, nullus dubito si nobis, omnes notæ, nil interest, vivæ illæ sint Linguæ vel mortuæ, minutim in sua stamina secarentur, nullam penitus sinceram, sed omnes temporis & fortunæ filias, natas esse, per socialia instituta, pacta, fædera, commercio cum vicinis, ut itaque hac de causa de antiquitate Linguæ Hungaricæ detrahi nihil possit, interim vero, reliquas inter Linguas, velut Avis non nostri Climatis, pulcritudine conspicua, oculis grata, auribus delicatis etiam amæna, omnium, qui eam noverunt gratiam & commendationem jure sibi quodam postulare possit.

§. 10.

Omnia, quæ tribus partibus Conjecturarum Lectori Erudito proposui, postquam iterum iterumque ad severum examen vocassem, nullibi talia continere, quæ non solido niterentur fun-

fundamento deprehendi, nihil meo pronuntiavi arbitrio, omniaque fidis optimisque ex Autorum fontibus hausta sic in medium prolata sunt, ut omnino fidem mereri videantur, & ut in posterum, de Originibus, prima Sede & Lingua Hungarorum dubium esse possit nullum; quod si Lector Eruditus mecum ita sentit, nil superest, quam ut Conjecturas meas, summa cum Pietate, Aræ Regni, quod mihi Patria est, & altrix & educatrix, & Protectrix admoveam. Vale, dabam M. Carolini die 20. Aug. 1806.

ERRATA

PARTIS CONJECTURARUM III

	Errata	*Corrige*
Praefat. Pag. 7 *Lin.* 11	pacata....	parata
Cap. 1 §. 1 *L.* 33	Thraiciae	Threiciae
— 2 §. 3 — 12	est	sit
— 2 §. 5 — 10	Soxnis	Soanis
— 2 §. 5 — 17	παρ͂οιδεν	παροῖθεν
— 2 §. 5 — 23	מגג	מוג
— — — 3	δραυδὴ..	θραυθὴ
Cap. 2 §. 6 *L.* 6	πολλοτ	πολλοῖ
— — — —	Δεοκαλίονα....	Δευκαλίονα
— 2 §. 6 — 7	Σκύδεα........	Σκυθεα
— — — —	εἰσαυθον	εἶσαυθαὶ
— 2 §. 6 *L.* 13	Phalog........	Phaleg
— 2 §. 7 — 4	ותובל משן: ...	משך: ותובל
— 2 §. 7 — 17	נר	כר
— 2 §. 7 — 23	סמבגן	במבון
Pag. 14 — 4	והדה	דהלה
§. 8 *P.* 15 — 20	Morchi........	Moschi
§. 9 *P.* 16 — 7	πρόμηδεῖας......	προμηθεῖας
C. 3 §. 2 *P.* 19 *L.* 6	τίω	τὴν
— — — —	πον	τον
— — — —	Χρονπν........	χρόνων
— — — 7	αδραυθον......	ἀθραυθον
— — — —	εκειν‿ν	εκεινων
— — — 8	κατοικιθενζας ..	κατοῖκίσθεντας
Pag. 20 — 14	Αιγυπτίπν	Αἰγυπτίων
— — — —	Σκοδαι	Σκυθαι
— — — —	Θια............	δια τȣτο

Cap. 3

Errata . . . . . . Corrige

Cap. 3 §. 5 *L.* 4 γενεθ ....γενεθαι
— 3 §. 6 — 7 nullam ....nullum
— 3 §. 7 — 5 גפתוך ....בכתוך
— *Pag.* 24 — 11 קפורקאי........קפודקיא
— — — — 13 הכפתיכ........הכפתור
C. 5 §. 1 *P.* 30 *L.* 11 huic...........hinc
— — §. 3 *L.* 1 Zarinum......Zarinam
§. 4 *P.* 34 — 20 Tarcorum......Turcorum
§. 9 *P.* 41 — 1 apud...........quod
C. 6 §. 7 *P.* 49 *L.* 3 quo ....quod
— — — — 4 ostendere .... ostendere conatur, nos
§. 8 *P.* 49 *L.* 8 a Jahria.......e Juhria
— *P.* 50 *L.* 3 articulos......articulus
C. 7 §. 1 *P.* 52 *L.* 6 exstitio ......exstitit
— — — *L.* 12 alta..........alia
— *Pag* 53 *L.* 2 reddant,.......reddunt
§. 2 *P.* 54 *L.* 3 et hortos possident ......unum deleatur.
— — §. 4 *Lin.* 2 ut.............et
— — §. 5 — 21 milierum .. ..mulierum
§. 11 *P.* 64 *L.* 2 fuisse e......fuisse Reges, e
Cap. 8 §. 5 *L.* 4 Thaces........Thraces
C. 9 §. 1 *P.* 75 *L.* 6 Ismaelitis .. ..Israelitis
Cap. 10 §. 1 *L.* 3 pressa.........presse
— — — — *L.* 11 interpoluere....interpolare
— *P.* 81 *L.* 21 נזנים........נונים
— — §. 2 *L.* 4 et............ex
§. 4 *P.* 84 *L.* 7 נזבע..........נולע
— — *P.* 84 *L.* 9 רי נזבע ......די נזבע
— — — *L.* 10 copiarum......copiosum
— *Pag.* 85 *L.* 3 בר............כָר
— — — — *L.* 7 שזט ....שׁזט
— — — — *L.* 8 שׁזטמר........שׁוטמַר

Cap.

				Errata	*Corrige*
C. 10	P. 85		L. 14	Límium	Limum
—	—	—	L. 16	פאתקון	פאתזון
—	—	—	L. 19	Kotzavett	Kotyavette
C. 11	P. 86		L. 17	Claumont	Chaumont
—	P. 87		L. 2	Loabere	Loubere
—	—	—	L. 3	cujus	ejus
—	—	—	L. 5	obscura	obscure
—	—	§. 2	L. 9	Fateor quoque me etiam	Fateor quidem me quoque Lingua
	P. 91	§. 5	Lin. 8	Justitía	Inscitia
	P. 93	§. 6	Lin. 5	quae obtinentes	quae illo aevo obtinentes
—	—	—	Lin. 5	etiam vicissitudines	exigunt vicissitudines
—	—	§. 7	L. 11	summa vi versatur,	summa quamvis vi versetur,
—	—	§. 9	L. 3	vestitus	vestitas
—	—	—	— 10	tuendum	tuendam